

2018

2.985

2018  
XXVII-6

Constitucion 18 Dicembre

7 13.  
12/1917.

Capri

Juan Manuel Juz

Terribil

180 Dacer 1736

1700 1700 1700 1700 1700  
1700 1700 1700 1700 1700

1700 1700 1700 1700 1700

1700 1700 1700 1700 1700

1700 1700 1700 1700 1700

1700 1700 1700 1700 1700

1700 1700 1700 1700 1700

1700 1700 1700 1700 1700

1700 1700 1700 1700 1700

1700 1700 1700 1700 1700

1700 1700 1700 1700 1700

1700 1700 1700 1700 1700

1700 1700 1700 1700 1700

1700 1700 1700 1700 1700

1700 1700 1700 1700 1700

1700 1700 1700 1700 1700

1700 1700 1700 1700 1700

1700 1700 1700 1700 1700

1700 1700 1700 1700 1700

1700 1700 1700 1700 1700

1700 1700 1700 1700 1700

9  
John Gammie & Son  
Glasgow & C. Co. Ltd  
National School of Art  
Glasgow Technical College

*Maxim*

**CONSTI-**  
**TVTIONES**  
ORDINIS  
PRAEMONSTRATENSIS  
CONGREGATIONIS  
HISPANICAE,  
QVIBVS ADIECTA EST  
**REGVL**A  
SANCTI AVGVSTINI,  
EIVSDEM ORDINIS  
LEGISLATORIS.

---

SEGOVIAE:  
APVD SEBASTIANVM  
Rodriguez.  
ANNO M.DCCVIII.

# CONSTITUTIONES

DE JURIS  
PRIMORDIALENSIS  
CONGRREGATIONIS  
HISpaniae  
LEGATI  
SACRAE THEA  
HERALDICIS  
TITULIS

---

SECOVI

1714. 14.

— — — — —

ANOMIA

— — — — —

ARGVMENTVM CONSTITUTIONVM. Iohannes

Prodit bis nostri iuris distinctio bina:  
Prima virum ponit moderantem culminā rectē.  
Ordinat officijs aptosque secunda ministros.  
Tempora disponit, celebrat quoque tertia ritus.  
Quarta premit vincis fontes, culpasque fatetur.  
His ergo claris gaudenter vecta quadrigis  
Intra stellantis fertur penetralia celi.  
Progenies Norberti, ipso aurigante magistro.

AD PIVM LECTOR E M.

**P**Ostquam satis accuraram, candide Lector, quam in castigandis, corrigendis, ac emendandis Constitutionibus adhibuimus diligentiam; detersis plurimis, quibus denigrabantur erroribus, quia in multis circa proprietatem sensus, in non paucis circa validitatem vocum, & passim circa numeros marginales, puncta, & commata deficiebant, ita ut omnis earum structura non parum turbaretur; ecce nobis exadversò (præter alias causas) peccantis præli nequivimus iteratam effugere consuetudinem, quin in subiecta prolaberemur errata. Quapropter utilitati prospicientes hic ea subscribimus, ut si quando lectio pronuncianda fuerit, prius inspicias numeros, intra quos ipsa concluditur, posteà vero eosdem consulas in hac pagella respondentes, ubi habes correctum

L

quid-

quidquid in corpore opusculi erit emendandum. Vale  
atque in hunc modum vtere.

*IN BULLA.*

Num. 7. lin. 5. Præmonstratenses, lege Præmonstraten sis  
num. 10. lin. 8. intercedendi, lege interdicendi.  
num. 10. lin. 11. iusta, lege iuxta.  
num. 15. lin. 10. licetè, lege licite.  
num. 19. lin. 21. proprio, lege proprio.

*IN DISTINCTIONE PRIMA.*

Num. 29. lin. 5. de mortuorum, lege demortuorum.  
num. 33. lin. 10. absente, lege absente.  
num. 35. lin. 10. privotionis, lege privationis.  
num. 39. lin. 17. minesterio, lege ministerio.  
num. 45. lin. 11. obdientiaz, lege obedientiaz.  
num. 51. lin. 4. quod sunt, lege quorsunt.  
num. 57. lin. 2. subditis, lege subditis.  
num. 71. lin. 10. causis, lege causis.  
num. 108. lin. 9. dispensaciones, lege dispensaciones.  
num. 113. lin. 5. ad, lege ad.  
num. 144. lin. 11. si, lege si.  
num. 154. lin. 11. Canticum, lege Canum.  
num. 181. lin. 8. adimarum, lege animarum.  
num. 188. lin. 8. servitium, lege servitium.

*IN DISTINCTIONE SECUNDA.*

Num. 200. lin. 2. eorum aliquam, forte legendum est: ea-  
rum aliquam. Erenim sicut in hac, ita, &c in alijs dictio-  
nibus, ad certitudinem desideravimus exemplaria.

- num. 205. lin. 15. officiorum, lege officiorum:  
num. 227. lin. 7. abscribatur, lege adscribatur. Ibidem in  
titulo Cap. 8. de Hebdomacario, lege Hebdomadario.  
num. 229. lin. 6. linteaminia, lege linteamina.  
num. 242. lin. 4. actibus, lege ictibus.  
num. 251. lin. 19. Sacerdos, lege Sacardotes,  
num. 253. lin. 20. insaascriptos, lege insascriptos.

*IN DISTINCTIONE TERTIA.*

- Num. 268. lin. 11. ad secundum, lege ad secundum:  
num. 311. lin. 9. iuxta, lege iusta.

*IN DISTINCTIONE QVARTA.*

- Num. 361. lin. 21. potus, lege potius, ut in impressione  
bus antea tis, sed forte legendum est potum.  
num. 365. lin. 28. Refectoris, lege Rectoris.  
num. 384. lin. 10. obdientiam, lege obedientiam:

*PENTASTICON AD FRATRES.*

- Propositum legis, chari, servate rigorem:  
Retribuet iustus gaudia longa Deus.

Fœdera serventur, solvantur pensa laborum;  
Ut vobis cali vera detur requies.

Vos etiam arsuri latecant commercia Mundis:  
Queratur merces iam stabilita polo.

Heu! vitam, sensus, mortem, caro, mundus, & hostis;  
Corrumpit, sallit, dat, specie, ore, dolo.

Pellatur damon, mulier fugiatur, & omni  
Pulvere despecto; vos ibi sitis ubi!

## NOTABILE PRAEVIVM.

*Carmen in Gratianum*

**C**VM nihil sit opere, aut manufactum, quod aliquando non conficiat, aut consumat vetustas, provenit hinc, quod quamvis volumina Constitutionum Ordinis Canonicorum Regularium Sancti Norberti Patris nostri ab Illustrissimo Domino D. Nicolao Episcopo Parauino editorum ex commissione Gregorij Felicis Recordinationis Papæ XIII. pro reformatione Congregationis Hispaniæ, bis fuerint sufficienti numero typis mandata; nunc per pauca (non sine magno iacturæ periculo; & dedecore observantiaz Religiosæ) reperiantur; cui damno occurrere volentes R. Patres pro Comitijs generalibus in Monasterio Beatæ Mariæ de Retuerta Congregati Die sexta Maij anno Domini 1708. vt omnes Canonici, cæterique Religiosi prædicti Ordinis quid aufugere, quidque tenere debeant, præ manibus, & oculis habeant, certoque sciant, ac insuper ne per ignorantiam aliquid prædictarum Constitutionum negligatur, aut transgrediatur; decrevere præfatas Constitutiones tertio typis mandari. Verum cum in ipsis quædam sint debita auctoritate resormata, quædam prorsus ablata, superaddita aliqua, aliaque in melius reducta, Reverendissimus P. Generalis (consilio prius habito cum R. Patribus Magistris Generalibus prædicti Ordinis) curandum duxit, principaliora quædam, & quæ essent maioris momenti hoc prævio no-

tabili breviter animadvertere, ut omnibus constet, ea, quæ contra Constitutiones, vel præter ipsas videbuntur, non abusum includere, aut relaxationem, sed auctoritate, vel Apostolica immediate esse fulcita, vel Capituli Generalis ex speciali indulto facta esse. Ad rem ergo.

Número 28. Distinctionis primæ harum Constitutionum Superior Ordinis præfati in Regnis Hispaniæ vocatur Provincialis; verum tamen non vtitur eo nomine, sed Generalis reformator nuncupatur ex auctoritate Clementis Felic. Record. Papæ VIII. in Bulla, quæ incipit: *ad prosperum Religiosorum statum.* Die quinta Februarij, anno Domini 1601. Ex quo consequenter sequitur Capitulum prædictæ Congregationis non Provinciale sed Generale esse dicendum.

Número 29. præcipitur, quod omnes Procuratores à Singulis Conventibus electi ad Capitulum convenient, & in eo votum habeant. Verum Procuratorum electio iam prorsus est abolita, & prohibita ob Religionis pacem; quare Procuratores, nec eliguntur, nec ad Capitulum mittuntur ex auctoritate Alexandri VII. in Bulla, quæ incipit: *Sacrosanctum Apostolatus officium.* Die 17. Iunij, anno Domini 1655.

Eodem numero præcipitur, neminem ad Capitulum accedere, & in eo votum habere præter Provincialem, vel eo defuncto, aut impedito Vicarium Generalem, Ab-

bates actu Conventuales, & Præsidentes, vel Vicarios in locum Abbatum medio tempore demortuorum, & Re- Etorem Collegij Salmantini. Nunc prædictis superadduntur Reverendissimi Patres, qui Generalis officio functi sunt, quibus conceditur ad Capitulum perpetuo convenire, & in eo votum habere, prius ex concessione Capituli Generalis confirmata per Illustrissimum Dominum D. Antonium Caetanum Archiepiscopum Capuanum, & Nuntium Pauli V. in Bulla, que incipit: *His, quæ in Capitulis Generalibus. Quinto Kalendas Maij, anno Domini 1618.* Demum ex auctoritate Gregorij XV. in Bulla, quæ incipit: *ut ea, quæ pro personarum. Die sexta Septembris, anno Domini 1621.*

Superadditur etiam Vicarius Generalis ex decreto Capituli Generalis confirmato à Gregorio XV. in Bulla, quæ incipit: *ex iniuncto nobis desuper. Die 20. Martij anno Domini 1621.*

Eiusdem Pontificis auctoritatè in eadem Bulla adduntur Lectores Iuvilati, Visitatores Generales, quatuorque Prædicatores Generales trienniales.

Adduntur insuper quatuor Magistri Generales Ordinis ex decreto Capituli Generalis confirmato à Clemente VIII. in Bulla, quæ incipit: *ex debito ministerij pastoralis. Die 20 Novembris, anno Domini 1599.*

Denique ex decreto Capituli Generalis pluriè ab ipso confirmato adduntur duo Prædicatores Generales perpetui,

petui, prædicator ex presentatione Religionis electus à Rege, Secretarius Religionis, Socius Reverendissimi patris Generalis, & demum duo Procuratores Generales in Curia, & Vallis-Oleto existentes.

Numero 67. præcipitur Provinciali, & Diffinitoribus, ut eligant duos Abbatem in Visitatores totius Provinciae; sed Clemens VIII. in Bulla supra citata, quæ incipit: *Ad prosperum, &c.* præcipit, quod Visitatores elegantur, qui non sint acti Abbatem, quamvis debeat eligi ex illis, qui fuerint Abbatem, vel Superiores, aut ex quatuor Magistris Ordinis.

Numero 66. præcipitur unum Abbatem esse elendum in Vicarium Provincialem; verum ex decreto Capituli confirmato à Gregorio XV. in Bulla citata, quæ incipit: *ex iniuncto, &c.* potest eligi quis sit Abbas.

Numero 144. præcipitur Novitios in loco deputatos, videlicet in Monasterio Beate Mariæ de la Vid Exomensis Dicæcisis, & non alibi esse educandos, & completo probationis anno, emissaque professione ad Monasterium Beate Mariæ de Retuerta transmittendos. Vide in num. 153. verum Clemens VIII. in Bulla, quæ incipit: *Quæ ad prosperum Religiosorum statum,* decrevit quod Novitij in singulis Monasterijs recipiantur, & educantur, è quibus nisi causa studiorum biennio post professionem non egrediantur.

Cetera, quæ alicui videbuntur reformata, immutata, &

& superaddita ; sciat , aliqua esse compilata ex decretis plurium Capitulorum Generalium à Capitulo privato anno Domini 1620. ex commissione Capituli Generalis anno 1618. celebrati , eaque confirmata à Gregorio XV. in Bulla suprà citata , quę incipit : *ex iniuncto nobis desuper.*  
Alia sequentia Capitula generalia statuere , amplissima facultate eis concessa à felic. recordationis Urbano Papa VIII. in Bulla , quę incipit : *Romanus Pontifex. Die 10. Ianuarij*, anno Domini 1633. qua vtens Congregatio plura prefatis Capitulis sancivit , pluraque revocavit , vt vide est in Libris Capitularibus novo , & vetere. Hactenusque dicta pro veritatis propositione argumento sint satis.



CAPITA

# INDEX.

de eiusdem Ordinis regulis

## CAPITA PRIMAE DISTINCTIONIS.

- C**aput. i. de Capitulo Provinciali, & electione Praelatorum, num. 28.
- Cap. ii. de Capitulo privato, num. 75.
- Cap. iii. de visitationibus, & modo visitandi, num. 84.
- Cap. iv. de Visitatione Monasterij de Retuerta, num. 113.
- Cap. v. de visitatione Monasteriorum Visitatorum Generalium, num. 115.
- Cap. vi. de correptione fraterna, num. 116.
- Cap. vii. de appellationibus, num. 122.
- Cap. viii. de proprietate tollenda, & quomodo bona, & redditus Religionis administrari debeant, ac de alijs ad regimenterciislibet Monasterij pertinentibus, num. 127.
- Cap. ix. Ne Provincialis, & eius Secretarius, Diffinitores, aliquique officiales quicquam pro quibuscumque expeditiobus exigant, nec ipsi, nec Visitatores munera accipient, num. 133.
- Cap. x. de custodia pecunia, sigilli, privilegiorum, & instrumentorum Monasterij, num. 134.
- Cap. xi. de numero fratrum in quolibet Monasterio huius Ordinis habendo, num. 139.
- Cap. xii. de Novitiis, n. 140.
- Cap. xiii. de loco professorum, num. 153.
- Cap. xiv. Qui, & quando debant ordinari, num. 157.
- Cap. xv. de Prioratibus, & dominibus vnitatis, annexis, & subiectis, num. 160.
- Cap. xvij. de novis Monasterijs, construendis, num. 163.
- Cap. xvij. de vnitate servanda, & succurrendo necessitatibus singulorum Monasteriorum, & Praelatorum, n. 167.
- Cap. xviii. de Conversis, & Donatis, & quæ addiscere, & quibus Officijs Divinis assistere debeant, ac de Horis Canonicis ab eis recitandis, num. 172.
- Cap. xix. de famulis laicis servientibus Monasterio, numero, n. 175.
- Cap. xx. de non recipiendis fra-

## INDEX.

- fratribus alterius Ordinis, ac  
de transfuntibus ad alium  
Ordinem, num. 176.
- C**ap. xxij. ne Religiosi huius Ordinis sacerularibus serviant, nom. 178.
- Cap. xxij. de rebus Monasterij non alienandis, nec hypothecandis, & fructibus ad longum tempus non locandis, num. 179.
- Cap. xxiiij. ne vacante Abbatia aliquid innovetur, numero 184.
- Cap. xxvij. ne secreta Ordinis revelentur, num. 185.
- Caput. xxv. de hospitalitate, num. 186.
- Cap. xxvj. de non recipiendis sacerularibus in Monasterio ad habitandum, num. 188.
- Cap. xxvij. ne mulieres claustra Monasterij ingredi permittantur, num. 190.
- Cap. xxvij. de prohibitione ludorum, num. 191.
- Cap. xxix. de veriatione, & specieis publicis vitandis, num. 193.
- Cap. xxx. ne aedificia, litesve fabriques licentia patris Provincialis instituantur, numero 194.
- D**ISTINCTIO II.
- C**ap. i. de officio, & potestate patris Provincialis, num. 196.
- Cap. ij. de officio, & potestate Diffinitorum, num. 201.
- Cap. iij. de Abbatie, & eius consiliarijs, num. 205.
- Cap. iiij. de Priore, num. 216.
- Cap. v. de Subpriori, num. 220.
- Cap. vij. de Circatore, num. 221.
- Cap. vij. de Cantore, & Successore, num. 223.
- Cap. vij. de Hebdomadario invitatorij, num. 227.
- Cap. ix. de Armario, & socio eius, num. 228.
- Cap. x. de sacrista, & socio eius, num. 229.
- Cap. xi. de Provisore, & Economo, num. 233.
- Cap. xij. de Cellario, & socio eius, num. 237.
- Cap. xij. de Vestiario, & socio eius, num. 239.
- Cap. xij. de Ministro infirorum, num. 240.
- Cap. xv. de Hospitali, & socio eius, num. 243.
- Cap. xvij. de portario, & socio eius, num. 244.
- Cap.

# INDEX

- Cap. xvij. de Lectore mensæ,  
 num. 249.  
 Cap. xviii. de Procuratore à  
 quolibet Conventu ad Ca-  
 pitulum Provinciale mitten-  
 dum, num. 250.
- DISTINCTIO III.**
- Cap. iij. de observandis, & vi-  
 grandis in celebratione Mis-  
 sae, num. 254.  
 Cap. iiij. de Sanctissimo Sacra-  
 mento, num. 257.  
 Cap. iiiij. de Confessarijs, &  
 confessionibus privatis, &  
 sacra Communione, n. 258.  
 Cap. iiiij. de Matutinis, & lau-  
 dibus, num. 265.  
 Cap. v. de Prima, & Missa ma-  
 tutina, num. 275.  
 Cap. vij. de Missa maiori, &  
 modo in singulis horis obser-  
 vando. Item de processioni-  
 bus, num. 278.  
 Cap. viij. de Anniversarijs ge-  
 neralibus, & priuatibus, nu-  
 mero. 281.  
 Cap. vijj. Quæ observati de-  
 beant in obitu cuiuslibet Re-  
 ligiosi, num. 282.  
 Cap. ix. de spolijs Religiosorum  
 extra proprios Conventus
- decedentium, num. 284.  
 Cap. x. de Capitulo sextæ Fe-  
 riæ, num. 285.  
 Cap. xi. de dispensatione tem-  
 poris in hyeme, num. 295.  
 Cap. xii. de dispensatione tem-  
 poris in Quadragesima, nu-  
 mero. 300.  
 Cap. xiii. de dispensatione tem-  
 poris in estate, num. 303.  
 Cap. xiiiij. de solemnitate Man-  
 dati in cœna Domini, nu-  
 mero. 307.  
 Cap. xv. de silentio servando,  
 & ingressu in cellas, n. 309.  
 Cap. xvij. de labore, num. 311.  
 Cap. xvij. de lectione, n. 316.  
 Cap. xviii. de refectione, n. 318.  
 Cap. xix. de victu, num. 327.  
 Cap. xx. de ieunio, num. 329.  
 Cap. xxij. de collatione in die-  
 bus ieiunij, num. 331.  
 Cap. xxij. de vestitu, num. 333.  
 Cap. xxij. de dormitorio, &  
 cellis fratrum, & prohibitio-  
 ne lineorum, num. 339.  
 Cap. xxij. de Infirmitaria, & in-  
 firmis, num. 343.  
 Cap. xxv. de Bibliotheca, nu-  
 mero. 346.  
 Cap. xxvi. de officinarum ingre-  
 ssu, num. 347.  
 Cap. xxvij. de Religiosis abeun-  
 tibus

# INDEX

- tibus è monasterio, & iter  
agentibus, num. 348.  
Cap. xxvij. de Rasura, n. 358.  
Cap. xxix. de recreatione, nu-  
mero. 360.

## DISTINCTIO III.

- C**ap. i. de levioribus culpis,  
num. 361.  
Cap. ii. de medijs culpis, n. 362.  
Cap. iii. de gravi culpa, n. 365.  
Cap. iiiij. de graviori culpa, nu-  
mero. 367.  
Cap. v. de conspiratoribus, in-  
famatisibns, & periuris, nu-  
mero. 375.  
Cap. vi. de percusoribus, n. 377

- Cap. vii. de apostatis, num. 380.  
Cap. viii. de criminibus, & de-  
lictis propter quæ fratres  
emittendi sunt, num. 387.  
Cap. ix. de gravissima culpa,  
num. 394.  
Cap. x. de incarcerandis, n. 395.  
Cap. xi. de vietu incarcera-  
rum, num. 400.  
Cap. xii. de culpis incertis, &c.  
num. 401.  
Cap. xiiij. de excommunicatio-  
ne, & alijs censuris, ac irre-  
gularitate, num. 403.  
Cap. xiiiij. de poena contrave-  
nientium, vel resistantium  
reformationi, num. 409.

NL

¶ Naxdón florido

NICOLAVS

Dei, & Apostolice sedis gratia, Episcopus Patauius,  
sanctissimi Domini nostri Domini Gregorij, divina presiden-  
tia Papae XIII. eiusdemque Sedis cum potestate Legati de la-  
tere in Regnis Hispaniarum Nuntius: Reverendis in Christo pa-  
tribus Provinciali, & alijs Abbatibus, ceterisque Religiosis ordi-  
nis Praemonstratensis Provinciae Hispaniae, salutem in Domino.

**S**IC V T agri Dominici pars pulchrior, & 2  
fertilior est regularium religio, in qua ve-  
luti bonarum plantarum seminario, fructife-  
rae arbores quotidie crescunt: ita sane eò  
studiosius excolenda, & à vepribus abusuum expurganda  
est, ut bonos fructus abundantiter proferat, nam si ne-  
glecta fuerit, proculdubio nihil aliud, quam spinas, &  
infrauctuosa virgulta germinabit.

In hanc igitur curam fœlicis recordationis Pius Papa 3  
Quintus pro officiis sibi commissi debito (cum vniuersi  
agri Dominici cura diuinitus ei demandata esset) sollicitè  
intendens, cognito quod fratres vestri ordinis in Hispa-  
nia degentes, propter varios abusus, qui in hunc ordinem  
irreperserant, collapsamque regularis obseruantiaz discipli-  
nam, reformatione plurimum indigebant: primò eos  
per Venerabiles in Christo patres Archiepiscopos, &

A

Epif.

Episcopos, in quorum diœcesibus eorum monasteria consistebant, per se, vel alios ab eis deputatos, adiunctis secum aliquibus fratribus ordinis sancti Hieronymi, sub certis modo, & forma tunc expressis visitari, & reformari mandavit.

Deinde reformationis huiusmodi negotium venerabilis in Christo patri Ioh. Baptista Archiepiscopo Rosfanen. tunc suo, & Apostolicæ sedis in his Regnis Hispaniarum Nuntio commisit, qui in negotio ipso procedens, multa pro reformatione, & directione dicti ordinis prouide, & salubriter statuit, & ordinavit.

Postremò præfatus S. D. N. D. Gregorius Papa XIII. qui prædicto Pio Quinto in Pontificatu diuina prouidentia successit, cupiens reformationem dictorum fratrum ad optatum finem perduci nobis, qui præfato Ioh. Baptista Archiepiscopo in huius legationis munere successimus, eiusdem reformationis negotium commisit per suas literas in forma Brevis, quarum tenor talis est, videlicet.

Venerabili fratri Nicolao Episcopo Patavino nostro, & Apostolicæ sedis apud charissimum in Christo filium nostrum Philipum Hispaniarum Regem Catholicum Nuntio, Gregorius Papa XIII. Venerabilis frater salutem, & Apostolicam benedictionem. Alias à scelicis recordationis Pio Papa Quinto prædecessore nostro emanarunt literæ, tenoris sublequentis, à tergo videlicet.

Ve-

Venerabili fratri Ioan. Baptista Archiepiscopo Ros.<sup>7</sup>  
sanen. nostro, & Apostolicæ sedis in Hispaniarum Reg-  
nis Nuntio, intus verò, venerabilis frater, salutem, &  
Apostolicam benedictionem. Cùm nos alias Canonicos  
Præmonstratenses, ordinis in Hispaniarum Regnis exis-  
tentes, quos inter cæteras illarum partium regulares per-  
sonas reformatione plurimum indigere cognoveramus,  
per venerabiles fratres Archiepiscopos, & Episcopos, in  
quorum dioecesis monasteria eiusmodi ordinis consis-  
tent, per se, vel alios ab eis deputandos, adiunctis secum  
aliquibus fratribus ordinis sancti Hieronymi sub certis  
modo, & forma tunc expressis, per alias nostras literas  
visitari, & reformari mandauerimus: acceperimusque  
postea earundem literarum vigore monasteria ferè, il-  
larumque conventus, & Canonicos visitata fuisse, & for-  
san ad aliquam reformationem deuenire coepit.

Nunc autem cupientes eandem reformationem ad <sup>8</sup>  
debitum finem perduci, dictosque Canonicos ad regula-  
rem disciplinam ibi depravatam restitui: Apostolica  
auctoritate tibi per præsentes mandamus, ac in infra-  
scriptis plenam, & liberam auctoritatem concedimus:  
videlicet adiunctis tecum duobus, vel tribus ex Ordina-  
rijs, vel ab eis deputatis, qui dicta monasteria ordinis  
prædicti visitarunt, & totidem Religiosis, qui eisdem  
visitationibus assisterunt per te eligendis visitationum  
iam factarum, seu incepitarum huiusmodi processus, &  
acta videndi, & examinandi.

Nee

9 Nec non Archiepiscopos, & Episcopos, qui visitationibus prædictis interfuerunt, ac quoscunque Notarios, & alias personas Ecclesiasticas, & sæculares quacumque auctoritate, potestate, facultate, & præeminentia fungentes, & ipsorum Archiepiscoporum, & Episcoporum Vicarios Generales, & Officiales, nec non cæteros ministros, & quoscumque alios, apud quos acta huiusmodi periuntur, ut tibi acta, & processus huiusmodi consignent, requirendi, monendi, & si opus fuerit per sententias, censuras, pœnas Ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias tuo arbitrio imponendas, & eo ipso incurrendas, compellendi, & si visum fuerit auxilium brachij sæcularis inuocandi.

10 Et ea, quæ in visitationibus huiusmodi salubriter ordinata fuerint debitæ executioni demandandi quoscumque Abbates, Prælatos, & Canonicos dicti ordinis Præmonstratensis iustis exigentibus causis absque ullo processu de eorum dignitatibus Prælaturis, officijs, & administrationibus deponendi, & eis administrationem, etiam si perpetua, & dicta auctoritate Apostolica suffulta sit, intercedendi, & alios in eorum locum etiam extra Capitulum, & absque ipsorum canonicorum votis sufficiendi, seu per Canonicos in Capitulo congregatos eligi iusta id, quod infra dicetur, procurandi, & mandandi.

11 Monasteria Prioratus, & alias qualcumque Prælaturas ad-

5

administrationes, & officia dicti ordinis perpetuas, &  
triennale tempus excedentes; etiam si dicta auctoritate  
Apostolica concessæ, seu confirmatæ, & approbatæ fuer-  
int ad tempus triennale reducendi, easque in Capitulis  
Provincialibus, conventionalibus pro ut per te ordinatum  
fuerit electivas, & ad prædictum tempus tantum esse,  
statuendi, & decernendi.

12

Monasteria eorumdem canonicorum ad maiorem nu-  
merum saltem duodecim canonicorum pro singulis mo-  
nasterijs reducendi, & ea in quibus numerus prædictus  
sustentari; non potest, alijs monasterijs eiusdem Ordinis  
perpetuo vniendi, annexandi, & incorporandi ita ta-  
men, ut eorum Ecclesiæ manuteneantur, & diuinus cul-  
tus in eis debite per presbyteros faculares exerceatur,  
oneraque illis incumbentia congruè supportentur: nec  
non Canonicos de uno Monasterio in aliud, & etiam ad  
monasteria eiusdem Ordinis extra Hispaniam consisten-  
tia mutandi, & transmittendi. Prælatos, & eosdem Ca-  
nonicos à regimine, gubernio, & cura Monialium eius-  
dem Ordinis absoluendi, liberandi, easq; iurisdictioni, &  
cura Ordinariorum subicijendi.

13

Quodq; in Hispaniarū Regnis vnum Capitulū, quod  
Provinciale Regnum Hispaniæ appelletur, singulis an-  
nis ad Abbates conventionales, & unus Procurator à quo-  
libet conventu electus convenient tempore, & loco, &  
alijs ad hoc necessarijs, & opportunis per te constituens  
convocetur, & celebretur, & ut in eodem Capitulo

vnius Provincialis singulis triennijs, & alias modo, & forma tibi bene visis per vota secreta, & alias iuxta Concilij Trident. decreta eligatur, & a Patre Abbe Premonstraten. Laudunen diocesis infra sex menses confirmandum, alias nullam iurisdictionem habeat, qui omnium monasteriorum locorum, & personarum eiusdem ordinis cura gerat, & eam iurisdictionem in partibus Hispaniarum, quo ad correctionem orum, & directionem Conventuum iuxta instituta Ordinis habeat, quam praedictus Abbas Generalis in toto Ordine habet, dum modo ipse Generalis in illis Regnis praesens non sit, tunc enim eam tantum habeat, quam Generalis dum ibi fuerit, ei concesserit statuendi, & ordinandi.

**14.** Ne non quascumque alias constitutiones, ordinaciones, statuta, & regulas pro abusibus, qui in eundem ordinem irreperunt tollendi, & eorum regulari disciplina restituenda, & conservanda, condendi, antiqua resormandi, & in melius reducendi: dummodo nihil quod sacris Canonibus, & sacri Concilij Tridentini decretis sit centrum, & substantiam votorum per eos emissorum immutet, statuatur, Capitulum Provinciale praedictum loco, & tempore, & modis, & formis per te probandis convocandi, eique etiam praedictis adiunctis, praesidendi, & si aliquo impedimento detentus, illi personaliter praesesse non valeres, alium Pralatum tibi benevisum loco tui, qui praesit deputandi, & subdelegandi, & in dicto Capitulo

7

tulo reformationes, & constitutiones p̄r te conditas pu-  
blicandi, & intimandi, aliaque inibi cōdendi, & ordinādi,

Et etiam Prouincialem aliosque Pralatos, Officiales,<sup>15</sup>  
& Ministros dicti Ordinis, etiam absq̄e consensu elec-  
tione, & votis Capituli, creādi, & deputandi, Abbates-  
que in Monasterijs constituendi, seu si magis videbitur  
aliquos dicti Ordinis, qui tibi magis idonei vīsi fuerint,  
Capitulo, ita vt vnum ex ipsis, & non alio n̄ eligant, pro-  
ponendi, ac vt omnis Provincialis ab Abbatē Generali  
confirmatus Capitulum Provinciale annis singulis absen-  
te prædicto Abbatē Generali, convocare, ac cū interef-  
fentibus illud celebrare licet e polsīt, facultatem concedē-  
di: necnon Abbates, & alios Canonicos voce activa, &  
pafsiua, & alijs legitimis actibus ad tempus, seu in per-  
petuum eorum exigentibus demeritis privandi.

Prouinciali, & alijs Abbatibus, & Prioribus conven-<sup>16</sup>  
tualibus, alijsque ministris, & Officialibus quæcumque,  
quæ tibi ad eorum reformationem necessaria videbuntur,  
mandandi, & redditioni rationis quolibet anno illorum  
administrationis assistendi, seu alios, qui assistant, etiam  
alterius ordinis probos, & idoneos Religiosos deputandi,  
aliaque faciendi, dicendi, gerēdi, & exercendi: etiam si  
præmissis maiora fuerint, & maius ac specialius mandatū,  
quām præsentibus sit expressum requirent, ac etiam cū  
potestate alios Pralatos, tam sacerdotes, quām regulares  
in tui locum cum ea potestate, quæ tibi vīsa fuerit toties,  
quo-

quoties opus fuerit, subdelegandi, subdelegatosque revocandi, & alios in eorum locum ponendi, ipsisque, ut onus eis iniunctum non recusent, sed illud assumant, & compleant sub censuris, & alijs poenitentiis tibi benevisis praependi.

**17** Mandantes propterea in virtute sancte obedientiae omnibus Archiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinariis, in quorum ciuitatibus, & diocesibus monasteria, & loca praedicta consistunt, quatenus tibi, tuisque subdelegatis omne auxilium, & favorem praestent: necnon eidem Provinciali, Abbatibus, et superioribus, ac omnibus, et singulis alijs eiusdem Praemonstratensis Ordinis personis dictorum Regnorum quatenus tibi, ac a te subdelegandis praedictis, nullo alio a nobis desuper expectato mandato, cessantibus etiam prorsus quibusvis subterfugijs, et dilationibus, oppositionibus, contradictionibus, et exceptionibus in omnibus, et singulis praemissis, et parte statuendis, et ordinandis humiliter, et reverenter parant, et obedient, et assistant.

**18** Contradictores quoslibet, et rebelles, ac praemissis non parentes, per sententias, censuras, et poenas praedictas, aliaque opportuna iuris, et facti remedia, appellatio ne postposita, compescendo: necnon illos sententias, censuras, et poenas praedictas incurrisse declarando, easque iteratis vicibus aggravando, invocato, etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis.

Non

Non obstantibus præmissis , ac nostræ Cancellariæ  
Apostolicæ regulis , seu constitutionibus de vniōnibus  
committendis ad partes, vocatis, quorum interest, & ex-  
primendo verò valore tam beneficij vnitij, quam cui vno  
fieri petitur, ac de iure quæsito non tollendis, alijsque nos-  
tris in simile forma breuis litteris super reformatioñe Or-  
dinis huiusmodi, per nos dudum concessis, necnon qui-  
busvis Apostolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus  
Concilijs editis Generalibus, & Specialibus constitutioni-  
bus, & ordinationibus: necnon Monasteriorum, & Or-  
dinum prædictorum , etiam iuramento , confirmatione  
Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, &  
consuetudinibus, etiā immemorabilibus, priuilegijs quo-  
que indultis, libertatibus, exemptionibus, ac conservato-  
rijs, & alijs litteris Apostolicis, & mare magnum, & Bul-  
la aurea, aut alijs quomodolibet nuncupatis, Monasterijs,  
ac Ordinibus eorumque superioribus, & personis in ge-  
nere, vel in specie, etiam in favorem dictæ regularis dis-  
ciplinæ, etiam per quoscumque Romanos Pontifices Pre-  
decessores nostros, ac nos, & Sedem Apostolicam, etiam  
Motu proprio, & certa scientia, ac de Apostolicæ potes-  
tatis plenitudine, & sub quibuscumque tenoribus, & for-  
mis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriæ, derogato-  
rijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritan-  
tibusque, & alijs decretis, etiam per modum statuti per-  
petui, ac ex quibusvis causis, etiam iteratis vicibus con-

cessis, & approbatis, & innovatis, etiam forsitan quod ipsius Ordinis Præmonstratensis personæ nullatenus, aut non per alios, quam per eorum superiores, vel Provinciales visitari, aut reformari possint, disponendi, quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, & expressa, ac individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata insererentur, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alijs in suo labore permanens, hac vice dumtaxat, harum serie specialiter, & expresse motu, & scientia similibus derogamus: illaque aduersus præmissa nullatenus suffragari posse volumus, contrarijs quibuscumque, aut si Generali, Provincialibus, Abbatibus, & alijs personis Ordinis Præmonstratensis huiuscmodi, vel quibusvis alijs cōmuniter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

20 · Declaramus autem quod facultas, & iurisdictio tibi per præsentes data, non expiret per executionem prædictorum, sed ad quadriennium, & deinde ad nostrum, & dictæ Sedis beneplacitum durare debeat.

Volumus autem quod singuli Abbates, & Conven-<sup>24</sup>  
 tus prædicti in prima triennali Abbatū huiusmodi elec-  
 tione, vigore præsentium facienda, de solvēdo in Romana  
 curia realiter, & cum effectu, singulis quindecim annis  
 in perpetuum annatam, & alia iura Camerz Apostolicz,  
 ac eiusdem curiaz Officialibus debita sub censuris, & pœ-  
 nis inxta stilum dictæ curiaz, se, eorumque successores, ac  
 Monasteriorum, Conventuum prædictorum bona quæ-  
 cumque obligare omnino teneantur. Datis Romæ apud  
 Sanctum Petrum, sub anno Piscatoris. die. X. Aprilis.  
**M. D. LXX.** Pontificatus nostri Anno Quinto.

Cum autem (sicut accepimus) idem Ioannes Baptista<sup>25</sup>  
 Archiepiscopus earundem litterarum Prædecessoris præ-  
 dicti vigore in reformatione dicti Ordinis procedendo,  
 reformationique prædictæ intendens, non nulla iuxta lit-  
 terarum prædictarum seriem decreverit, & ordinaverit,  
 illaque suo sigillo munita ad Episcopum Segobien cui  
 vices suas ea in re subdelegavit transmiserit, qui dicti  
 Ioannis Baptistæ Archiepiscopi, ea in parte vice fungens,  
 omnes dicti Ordinis Premonstratensis, Abbates, & Pro-  
 curatores, & quoscumque alios ad Capitulum Provin-  
 ciale convocaret, illudque indicaret, ad effectum, ut ea-  
 dem decreta ab omnibus acceptarentur, ac acceptata per  
 eos, quos illa concernerent, inviolabilitè absrvarentur:  
 Episcopus vero prædictus ad præsidendum Regio Con-  
 filio evocatus commissum sibi per Ioannem Baptistam

Ar-

Archiepiscopum munus exequi non potuerit: ac prop-  
terea ceptum negotium reformationis, adhuc imperfec-  
tum maneat maximo cum totius Ordinis Præmonstra-  
tensis detimento, gravibusque incommodis:

23 Nos igitur ad dictarum litterarum executionē proce-  
di, & negotio reformationis ultimam manum imponi,  
ac dispendijs, & incommodis dicti Ordinis presenti re-  
medio occurrere volentes, considerantesque, quod si duo,  
vel tres Ordinarij, seu ab eis deputati adhuc expectaren-  
tur, id non sine magno sumptu, & nimia reformationis  
retardatione fieri posset, fraternitati tuz mandamus, vt  
per te ipsum, vel alium, seu alias à te ad id eligendum, seu  
deputandum, vel eligendos, seu depurandos auctoritate  
nostra negotium reformationis dicti Ordinis in statu, &  
terminis, in quibus illud reperitur, prosequaris, & ad il-  
lius executionem iuxta dictarum prædecessoris litterarū  
seriem, & tenorem, omni qua poteris diligentia, ac si in  
litteris prædictis nulli adjuncti dati fuissent, procedas: vt  
illud infra breve tempus, prout res ipsa, ac necessitas  
totius Ordinis prædicti postulat, sine debito terminari,  
exindeque sperati fructus aduenire possint. Non obstan-  
tibus omnibus his, quæ idem Prædecessor in suis litteris  
prædictis decrevit, non obstante, ceterisque quibuscum-  
que. Datis Romæ, apud Sanctum Petrum, sub anulo  
Piscatoris, die XX. Aprilis, M.D.LXXIII. Pontificatus  
nostrj, Anno primo, Cæ. Glorierius.

Quibus quidem litteris acceptis, nos ad illarum exē-<sup>24</sup>  
cutionem procedentes, ut tenebamur, inter alia, quæ pro  
reformatione, & instauratione dicti Ordinis fecimus, il-  
lud præcipue curandum duximus, ut certam normam,  
ac regulam præsentibus, & futuris temporibus accom-  
modatam, qua hæc religio sanctè regatur, & feliciter gu-  
bernetur, Religiosis vestri Ordinis traderemus. Veteres  
enim dicti Ordinis constitutiones in multis substantia-  
libus deficiebant, & in plerisque à recta regiminis, &  
administrationis, ac regularis observantia ratione, qua  
his temporibus opus est, non parum discrepabant.

Qua propter non exiguum sanè laborem, condendi  
has constitutiones pro vestra utilitate libenter suscep-  
mus: quas quidem constitutiones, cum aliquibus ex vobis,  
& consiliarijs dicti Ordinis, & cum alijs etiam Religiosis,  
ac in regimine expertis viris collatas, & examinatas, ut  
plurimum oculis, quæcumque circa illas animaduertenda  
erant perspici possent, tandem in hoc volumen redigi-  
mus, quod vobis iam tradimus, ut qui pro tempore in  
vestra Religione fuerint, tam de vniuersali, quam de  
particulari regimine ipsius Religionis, ac regulari dis-  
ciplina instrui, & adoceri queant.

Accipite igitur Patres hoc Constitutionum, & Or-  
dinationum volumen, quod nostræ erga vos dilectionis  
pignus, ac monumentum perpetuò apud vos maneat,  
casque iniuiabilitè seruare, ac à vestris subditis servari

facite, ut tamquam ager fertilis, benè cultus, fructum  
vitæ eternæ producatis, ad laudem, & gloriam sanctissimæ,  
ac indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus  
sancti: necnon Gloriosæ Virginis Dei Genetricis  
Mariæ, cuius sanctis auspicijs, & præmonstratione, hic  
ordo sub candido habitu originem sumptuose creditur:  
necnon Beati Patris Augustini, sub cuius Regula idem  
Ordo dignoscitur institutus, omniumque Sanctorum, ad  
vestrarum quoque animarum salutem, Religionis aug-  
mentum, & populi edificationem.

**27** Transgressores tamen ipsarum constitutionum non  
ad culpam, sed ad poenas in eis contentas tantum obligare  
intendimus, & ita etiam declaramus, exceptis tribus  
votis substantialibus, videlicet: Paupertatis, Obedientiæ,  
& Castitatis: quæ suos transgressores, etiam ad cul-  
pam obligabunt. Datis Madriti, Toletani, diœcesis An-  
no Incarnationis Dominicæ M. D. LXXVI. Duode-  
cimo Cal. Februarij, Pontificatus præfati Sanctissimi  
Domini nostri Domini Gregorij Papæ XIII. Anno V.

NICOLAVS Episcopus Patainus, Nun-  
tius, & Commissarius Apostolicus.

Aloysius de Sancto Petro Abbreviator.

# DISTINCTIO

## PRIMA.

DE CAPITVLO PROVINCIALI,  
 & electione Prælatorum.

### CAP. I.

**N** PRIMIS statuimus, & ordinamus,<sup>28</sup> quod futuris temporibus perpetuo in Regnis Hispaniæ vnum Capitulum, quod Provinciale Regnorum Hispaniæ appelletur, tertio quoque Anno, Dominica quarta post Pascha Resurrectionis Domini, quæ dicitur Dominica Cantate, celebretur in Monasterio Beatæ Mariæ de Retuerta Palentinæ dioecesis, isque locus, & dies certus, ac statutus, absque alia convocatione, perpetuo sit, quo omnes, qui Capitulo interesse debent, ad illud conveniant, nisi Provincialis cum Diffinitoribus in Capitulo Provinciali, vel medio tempore, cum Abbatibus in Capitulo privato, aliam rationem Capituli convocandi, & quo ad tempus, & quo ad locum inierit.<sup>29</sup>

Ad huiusmodi Capitulum conveniant, & in eo votum habeant Provincialis, vel eo defuncto, absente, aut suspenso, Vicarius Generalis, omnes Abbates actu Conventuales, & Præsidentes, seu Vicarij in locum Abbatum

medio tempore de mortuorum, seu privatorum, ad regimen aliquorum Monasteriorum legitimè susseeti, & subrogati, & Rector Collegij Salmantini: necnon Procuratores à singulis Conventibus electi iuxta formam constitutionis inferius positæ, quæ de huiusmodi Procuratoribus disponit. Præter supradictos autem nemo ad Capitulum accedere audeat.

30 Mandamus, itaque sub pena privationis vocis activæ, & passivæ per triennium, ut omnes, qui dicto Capitulo interesse debent, convenient ad illud in vigilia ipsius Capituli; & non ante. Abbas autem Provincialis, aut eo defuncto, vel alias impedito, Vicarius Generalis, Capitulo huiusmodi præsideat. Et quia in Capitulo Provinciali electiones Prelatorum sunt, in quas non numquam ambitio irrepit (nihil autem in religione perniciosius accidere potest, quam si ambitionis vitium, & dominandi cupiditas inter Religiosos oriatur, cum ex hoc inuidiæ, dissensiones, subornationes, & reliqua omnia mala tamquam ex radice procedant.)

31 Ideo hic in primis providendum esse duximus, quod quicumque, ut dignitates, vel officia obtineant, favores Principum, vel Magnatum, per se, vel interpositam personam procurare ausi fuerint, aut subornationes, vel alia illicita fecerint, & qui talibus auxilium, vel favorem prestiterint, eo ipso ad omnia officia, tunc, & in posterum in religione obtainenda, inhabiles existant, ac etiā voce ac-

etiuia per deceñnum careant, & poena gravioris culpe ad arbitrium Provincialis puniantur.

Eis autem, qui electionibus præsunt, & intersunt, districte præcipimus, & mandamus, ac super his eorum conscientias graviter oneramus, ut in Dignitatibus, & Officijs conferendis, eos tantum eligant, qui virtute sanctitate, doctrina, fide, ac prudentia, sibi commissum officium laudabiliter gerere possint. Qui vero in hoc culpabiles fuerint, intremendo Dei iudicio districtam rationem se noverint reddituros. Eos autem, qui ad Dignitates, vel officia electi fuerint, hortamur in Domino, ut non alia ratione, nec alio fine, collatas sibi Dignitates suscipiant, quam serviendi Deo, & proficiendi sua Religioni, atque ipsi alijs ministrent, non ut sibi ministretur.

Ipsum autem Capitulum Provinciale, hoc Ordine celebrari statuimus, & ordinamus: Primo, ut omnes Capitulares conveniant ad Monasterium Beatæ Mariæ de Retuerta, seu ad illud Monasterium, ubi Capitulum erit celebrandum, vespere diei, qua Capitulum erit inchoandum, videlicet, à meridie usque ad noctem, & nullo modo recipiantur ante, & cum ijs, qui ad horam vesperarum pervenerint, vespere solemniter cantentur:

Venientes ipsi Capitulares statim se coram Patre Provinciali, vel eo absente, coram Vicario Generali presentent, acceptaque ab eo benedictione, eant ad agendum gratias, & orandum in Ecclesia ad altare Sanctissimi Eu-

charistia Sacramenti, factaque oratione, frater hospita-  
lis, ad quem pertinet cura hospitandi Capitulares ad-  
venientes, illos deducat ad cellas, eis pro antiquitate do-  
mus deputatas, ac honeste, & regulari decentia præ-  
paratas.

34 Ad coenam convenient omnes Capitulares ad primā  
mensam, ad quam, nec ad alium actum Capitularem,  
non desit quisquam ipsorum sine expressa licentia Patris  
Provincialis. Qui aliter defuerit in Capitulo graviter  
corripiatur. In dicta autem coena legatur hæc Constitu-  
tio de capitulo Provinciali celebrando; in reliquis verò  
sequentibus refectionibus legatur regula Ordinis, & aliæ  
lectiones, prout Pater Provincialis disposuerit.

35 Et quoniam Capitulares in omnibus debent præbere  
exemplum regularis disciplinæ, pro cuius observatione  
congregantur, illamque opere prius docere debent; man-  
damus, ut durante tempore Capituli seruent silentium,  
& quietem; ita ut ex quo pullabitur campana ad silen-  
tium post prandium, usque ad primum signum Nonæ, &  
à signo silentij post completorium, usque ad signum  
Primæ diei sequentis, omnes Capitulares seruent sum-  
mum silentium, nec fiant conventicula, nec aliquis intret  
in cellam alterius, sub poena privotionis voti in Capitu-  
lo, nisi pro vrgenti aliqua necessitate habuerit super hoc  
licentiam à patre Provinciali.

36 Prima die capituli pulsetur ad Primam tempestivius,  
quam

quam ceteris diebus, ad quam adfint omnes Capitulares, & sedeant per ordinem iuxta antiquitatem suorum Monasteriorum, eundemque ordinem sedendi semper servabunt in omnibus actibus Capitularibus, & divinis Officijs. Rector Collegij Salmantini teneat primum locum, post patres Abbates: patres autem Procuratores servabunt ordinem antiquitatis suarum domorum, prout Prelati. Ante lectionem breuem iubeat pater Provincialis pulsari ad capitulum campana maiori, & finita Prima ibunt omnes Capitulares processionaliter ad Capitulum, ubi pater Provincialis eos admoneat de ijs, quæ pro servitio Dei, & augmento Religionis conveniunt. 37

Hac exhortatione præmissa, mandet pater Provincialis vni ex patribus Diffinitoribus, & vni ex Procuratoribus antiquioribus, ut examinent mandata procuratoria, quæ singuli Procuratores ex Conventibus adferunt, an sint legitima, & sufficientia iuxta formam, quæ inferius in capitulo de Procuratore traditur. Simulque examinent excusationes eorum, qui non veniunt ad Capitulum, an sint legitimæ: non enim licet cuiquam ex ijs, qui de iure, vel consuetudine Capitulo interesse debent, deesse: si quando tamen quis propter infirmitatem legitimè impeditus ad Capitulum venire non potuerit, mittat aliquem Religiosum habentem qualitates requisitas, & qui vocem in Capitulo habere possit, ad se excusandum: & ei det potestatem gerendi vices suas in

Capitulo, isque habeat eandem vocem in capitulo, quam ipse Abbas mittens haberet, teneatque locum immediate post Abbates, & Rectorem Collegij Salmantini.

38 Procuratores autem statim exhibeant sua mandata procuratoria, quæ adferunt, & excusationes Prælatorum absentium, ut eodem die examinentur. Quod quidem examen per solum patrem Abbatem, ad hoc deputatum in sequenti proxima Sessione referatur, ut cognosci possit quis in Capitulo admitti, quisve ab eo repelli debeat. Nemo autem Procuratorum proponat aliquod negotium particulare tamquam Procurator Conventus, sed tamquam Procurator illius particularis, qui sibi negotium commisit: nec in dicto Capitulo admittantur plusquam duæ personæ ex una domo. Qui verò non vocatus ad dictum Capitulum accedere præsumperit, poena fugitivis debita puniatur.

39 Præterea committat pater Provincialis patribus Diffinitoribus, vt diligenter inspiciant statum singulorum Monasteriorum, vt relationem de illo in Capitulo faciant, cum ab eis petita fuerit, Procuratoresque statim informationem status singularum domorum ipsis Diffinitoribus exhibeant, & ita hæc Sessio finietur. Post hæc eant Capitulares ad celebrandum Missam, & hora octava cum dimidia pulsetur primum signum ad Tertiam, hora autem nona pulsetur secundum signum, & pater

## DISTINCTIO I.

21

Provincialis induitus Pontificalibus, cum assistentibus, & ministris, quos Cantor designauerit, & seriatim omnes Capitulares, ingrediantur ad Tertiam, qua finita fiat processio solemniter, & successivè cantetur Missa maior de Spiritu sancto, & in ea concionetur, qui per patrem Provincialem fuerit designatus. Meminerit autem Cantor omnia officia, quæ durante Capitulo peragenda erunt tam in choro, quam in altaris ministerio, & qui ad ea deputati sint, in tabula ad postes chori ponenda describere.

40

Præcipimus quoquè, ut hac prima die Capituli, in omnibus monasterijs huius Ordinis celebretur Missa de Spiritu sancto, cui assistat totus Conventus, & tam in hac Missa, quam in alijs Missis particularibus, quæ durante Capitulo celebrabuntur, dicatur Collecta: *Deus, qui charitatis dona, pro Congregatione: & quilibet Religiosus* 41 *Chorista singulis diebus recitet Psalmum, Miserere mei Deus, cum oratione Dominica, & Versu, Mitte eis Domine auxilium de sancto, cum prædicta collecta. Conversi autem, & Donati quinquagesies orationem Dominicam, cum salutatione Angelica quotidie recitent.* 42

Durante autem Capitulo, nullus Abbas, seu Canonicus, vel Conversus extra portam Monasterij, in quo celebratur Capitulum, sine licentia patris Provincialis exeat, transgressorque huius Constitutionis, sequenti die, in pane, & aqua ieiunet, & si fuerit Abbas comedat

C 2

fiv

## DISTINCTIO I.

super nudam mensam in Refectorio. Canonicus verò, vel Conversus maneat in poena gravioris culpæ ad arbitrium Provincialis. Sed si aliquis ex Capitularibus à Capitulo discesserit, antequam eo finito pater Provincialis omnibus licentiam recedendi cum benedictione dederit, tamquam apostata habeatur, & puniatur, nec recipiatur in sua domo sine licentia patris Provincialis.

43 Finita Missa pulletur statim campana maior ad refectionem, & illico Cellarius pulset Cymbalum, ut omnes fratres conveniant ad locum Desiderij, & pulsata campanella, omnes lavent manus, & per ordinem antiquitatis suæ ingrediantur Refectorium, & sedeant. Et quia in Religionibus tamquam in scholis temperantia, ceterarumque omnium virtutum, splendere debet modestia in omnibus: Ideo statuimus, & ordinamus, ut durante Capitulo, duæ refectiones, scilicet, prandium, & cœna in die tantummodo habeantur, & in prandio quidem apponantur in principio aliqui fructus pro qualitate temporis, deinde vnum pulmentum assatum, & aliud coctum, sive lixum, ac postremò caseus cum aliquibus fructibus: Ad cœnam verò apponatur in principio aliquid acetarium ex herbis, deinde vnum pulmentum assatum, & vnum intingulum, sive potagium, & postremò fructus cum caseo.

44 In diebus verò ieiunij illud cum summa temperantia servetur. Hora secunda post meridiem pulsetur ad Ves-

peras, quibus assistant omnes Capitulares. Finitis Vesperis pulsetur ad Capitulum, in quo congregabuntur omnes Capitulares, & ad signum patris Provincialis, pater Disfinitor, cui fuit commissum examen mandatorum procuratoriorum referat, quod ex dicto examine, & de sufficientia dictorum mandatorum resultat. Si duo patres ad dictum examen deputati censuerint, & iudicaverint aliquem ex Procuratoribus ob aliquem defectum non habere legitimum votum, is, ipso facto, voce activa eligendi careat, quacumque appellatione postposita, ne perturbatio in Capitulo oriatur appellando. Hoc per acto, & legitimatis personis Capitularium, pater Provincialis faciat brevem exortationem toti Capitulo monendo omnes, ut sincera mente, propositoque Dei timore, ac Religionis bono, & augmento, depositoque omni mundo affectu, tractent negotia Capituli, ita ut omnia in gloriam, & honorem Dei Domini nostri, ac observantiam regularis disciplinæ, constitutionumque, & laudabilium consuetudinum huius Religionis, & eius utilitatem resultant. 45

Post hæc, ut maiori puritate, & iuxta inspirationem Spiritus sancti electiones fiant, pater Provincialis mandet Secretario, ut legat Censuras contra subornatores, & eas affigat portæ Capituli subscriptas, & sigillatas tenoris subsequentis: Nos frater N. Abbas monasterij beatæ Mariæ de Retuerta, Provincialis Ordinis Praemonf-

monstratensis &c. Mandamus vobis Reverendis patribus Abbatibus, Rectori Collegij Salmantini, ac Procuratoribus nostrorum Monasteriorum in his Regnis Hispaniæ consistentium, hic, pro celebratione præsentis Capituli, congregatis, in virtute sanctæ obdientiæ, & sub poena privationis vocis activæ, & passivæ, necnon antiquitatis per triennium proximè venturum, quam in contravenientes, tria canonica monitione præmissa, ferimus in his scriptis, & illico in eos exequi mandamus, vt ab hac hora, usque ad horam primæ Sessionis crastina die de manœ celebrandæ, quas horas vobis, & vestrum cuilibet pro tribus terminis peremptorijs, & monitione canonica assignamus, compareatis coram nobis ad dicendum, & revelandum si scitis aliquem ex Religiosis nostri Ordinis, qui huic Capitulo intersunt, habentem aliquid impedimentum Canonicum, aut per constitutiones nostri Ordinis, quo minus eligere, aut eligi possit, vel qui subornaverit, aut monopolium, sive conventicula fecerit, aut aliquos induixerit ad quamlibet ex electionibus in hoc Capitulo faciendis, aut sub quovis alio colore fuerit in aliquo tractatu illicito ad hoc pertinente, vt super ijs, quæ secundum christianam, & regularem disciplinam declaraveritis, provideamus, prout iustitia, & ratio dictaverint: quo termino elapso, & aliquo defectu non detecto, declarabimus habiles omnes Capitulares, & procedemus ad electiones omnium offi-

ciorum. Monentes vos, quod si nobis constiterit vos quoquo modo veritatem malitiosè contra hoc nostrum mandatum occultasse, præter poenam prædictam, in quam incurretis, vos etiam poenis contra subornatores per constitutiones nostri Ordinis statutis puniemus. 46

Sequenti die post dictam Primam per conventum hora septima de mane pulsetur ad Capitulum, post meridiem vero pulsetur hora secunda, & auditio signo statim congregentur omnes, & hic idem ordo servetur toto tempore quo durabit Capitulum: quando autem non habebitur Sessio, eant Capitulares ad Tertiam, ac Missam maiorem, & Vespertas. Congregatis omnibus in Sessione de mane, dicatur Missa privata de Spiritu sancto in eodem Capitulo, & idem fiat quotidie durante Capitulo. Ad finem Missæ Provincialis sedeat in suo principali loco ad mensam, quæ præparata erit, & in circuitu ipsius mensæ patres Diffinitores, & Secretarius, ceteri vero Prælati, & Procuratores per subsellia ordine supradicto. 47

Deinde pater Provincialis moneat, horteturque omnes in Domino, ut sincera, & pura mente Deum, ac bonum Religionis præ oculis habentes, dent sua vota in electionibus faciendis illis, qui magis digni, & idonei fuerint officijs Capituli, & totius Religionis: Et ut dicta vota legitimè, & canonice dentur, Pater Provincialis interroget omnes in communi, an aliquis sciat quicquam

de concernentibus mandatum præcedenti die promulgatum, ut id declareret, antequam procedatur ad electiones. Et quamvis nemo ex Capitularibus sit censuris innotatus, nihilominus absolvat statim totam Congregationem ab omnibus censuris ad effectum validitatis electionis tantum. Per huiusmodi tamen absolutionem non desinet puniri, qui mandato patris Provincialis contravenisse, & censuras incurrisse convictus fuerit.

**48** Quibus peractis pater Provincialis cum patribus Difinitoribus, & Secretario secedat in angulum Capituli ad accipiendum vota pro electione novorum Diffinitorum, ubi ad hunc effectum erit mensa cum suis sellis, super qua mensa sit unum Missale, & imago Crucifixi, ac stola, super quam iurabunt vota dantes, & duas vrnæ, seu vasæ ad immittenda vota affirmativa, & negativa.

**49** Tum pater Provincialis, vel si ipse propter suspensionem, aliudve impedimentum non potuerit dare votum in electione, Vicarius Provincialis, dummodo non sit Capitularis, quo casu Prior Monasterij de Retuerta loco Provincialis, & Diffinitores ante omnia iurent in forma super Crucem, ac Evangelia, & stolam, se daturos sua vota personis, quas secundum Deum, & suam conscientiam fenserint magis convenire pro officio Diffinitoris, & idem iuramentum recipient à tota Congregatione, cum venerit ad dandum sua vota, & sic tota Congregatio per vota secreta eligit quatuor Diffinitores,

res,

res, & vnum Secretarium Capituli, coram quo recipiantur vota, & qui in proximo triennio remanebit pro Secretario patris Provincialis, dummodo non sit Abbas. Pronunciatis Diffinitoribus dentur vota pro electione Secretarij. 50

Ordo autem electionis hic erit: ut primò pater Provincialis, vel eo impedito, Vicarius Provincialis, aut Prior Monasterij de Retuerta (ut supra dictum est) & successivè patres Diffinitores, deinde tota Congregatio pro antiquitate, postquam iuraverint, petant à Secretario, ut eis tradat nomina Religiosorum, quæ pro electione petierint in cedulis scripta: receptisque cedulis, qui libet secedat seorsum, vbi secreto possit feligere cedula, quam voluerit, statimque revertatur ad mensam Diffinitorij, & ponat cedulas negativas in vrna, affirmativas verò det Secretario plicatas, ita ut legi non possint, qui Secretarius cedulas acceptas signet, ac in vrnam affirmatarum coniiciat, caveat autem Secretarius in omnibus electionibus, ne cuiquam det cedulam nominis ipsius potentis, ne forte aliquis sibi ipsi votum daret. 51

Postquam autem omnes vota sua dederint, pater Provincialis in conspectu Diffinitorij accipiat vrnam cedularum affirmatarum, & illam verset in mensa, & numeret, an sint tot cedulæ, quod sunt votantes, & distinguat vota, ostendendo illa Diffinitoribus, & Secretario, qui seriatim describat nomina eorum, quibus data sunt vota,

vota, & à quolibet nomine illorum ducat lineam rectā, hoc modo, Pater N. #— In qualinea in conspectu ipsorum Provincialis, & Diffinitorum notet tot puncta, seu lineas transuersales, quot vota fuerint ei data, statimque inspiciatur, & examinetur, an lineæ prædictæ convenient cum cedulis votorum, & pater Provincialis pronunciet pro Diffinitoribus, & Secretario eos, qui plura vota obtinuerint, quamvis non maiorem, dummodo saltem tertiam partem omnium votorum, quia non est necesse horum electionem esse Canonicam, sed tantum electionem Provincialis, & Abbatum, in qua electione opportet, ut electus habeat maiorem partem votorum totius Congregationis: in casu autem æqualitatis votorum ceteris paribus præferatur antiquior in ordine.

Pronunciati itaque noui Diffinitores, & Secretarius, iurent omnes de officio suo bene, & fideliter exercendo, & de seruando in omnibus secreto. Diffinitores autem in suis Sessionibus, & votis præferantur pro antiquitate professionis eorum, & durante illo triennio non possint eligi in Abbates: Poterit tamen quilibet eorum eligi in Provincialem, & si contigerit aliquem eorum eligi in Provincialem, alius Diffinitor eius loco per Capitulum, iuxta formam suprascriptam, statim eligatur. Duo autem Diffinitores non assumantur ex vna eademque domo, etiam si in diuersis domibus sint professi. Electis novis Diffinitoribus, & Secretario, veteres Diffinitores, & Se-

cretarius sua loca relinquant inclinantes cum respectu tantummodo Congregationi, & si fuerint Capitulares eant ad loca sua, alioquin ad Conventum, ex quo iam eorum officium expiravit, & hic finietur hæc Sessio matutina.

In principio autem Sessionis vespertinæ pater Provincialis faciat breuem sermonem, in quo petat veniam à tota Congregatione de omnibus negligentijs, & defectibus in administratione sui officij commissis, & postremo renunciet Congregationi officio Abbatis Monasterij de Retuerta, & Provincialatus, & tunc Diffinitor antiquior nomine totius Congregationis acceptet renunciationem, & det illi primum locum post Diffinitores, & is quidem habebit votum in omnibus actibus, & electionibus Congregationis, & tamquam Compromissarius in casu discordiæ in electione novi Provincialis: interim verò donec eligatur novus Provincialis præsideat Diffinitor antiquior nomine totius Diffinitorij.

Mox ipse Diffinitor antiquior proponat toti Congregationi faciendam esse electionem novi Provincialis, hortando, & monendo prout in tali casu convenit, & consequenter procedatur ad electionem novi Provincialis, quæ fiat eodem ordine, prout in electione Diffinitorum dispositum fuit, excepto quod hæc electio debet esse Canonica, & per consequens opportet electum habere maiorem partem votorū totius Congregationis. Quod

si ex votis Congregationis, prima, secunda, & tertia vice,  
non exierit Canonica electio, statuimus, & ordinamus,  
ut tali casu quatuor Dissinatores cum eo, qui erat Pro-  
vincialis, tamquam Compromissarij totius Congrega-  
tionis procedant per se ad electionem Provincialis, ser-  
vata forma suprascripta: ita tamen quod teneantur eli-  
gere unum ex quatuor, qui plura vota Congregationis  
tulerint: Quod si nec ipsi prima, vel secunda vice in elec-  
tione convenerint, tunc proponent duos Religiosos ex  
ijs, qui in ultimo scrutinio plura vota obtinuerint, &  
super illis duobus tantum votabunt, quia sic fieri non  
poterit, quin Canonica electio de uno ex illis duobus se-  
quatur, cum necesse sit ex una parte maiorem, & ex alte-  
ra minorem partem votorum esse.

35 Dispositis votis pater Dissinatores antiquior præsidens  
pronunciet coram tota Congregatione Provinciali  
electum, & talis electus sine aliqua excusatione acceptet  
electionem, si fuerit præsens, alioquin procedatur ad alias  
actus Capitulares, præsidente Dissinatore antiquiore,  
pro ipso Provinciali electo: statimque pronunciata elec-  
tione absentis, denuncietur si quem defectum habeat,  
quominus eligi possit, & si nullus defectus apparuerit,  
mittatur ad vocandum electum, & ipso electionem  
acceptante, recipiatur ab eo per Dissinatores iuramen-  
tum de observandis statutis, & constitutionibus Ordinis,  
& Congregationis.

Quod

Quòd si electus absens vocatus vénire non potuerit,<sup>56</sup>  
 quatuor Diffinitores, præsidente antiquiore, & aliis  
 quintus per electionem assumptus procedant in Capitu-  
 lo, & perficiant illud, ac si adesset electus Provincialis.  
 Præstito iuramento assumet superpelliceum, pallium, bi-  
 retum, ac baculum, & Cantor elevans vocem incipiat  
 canere Hymnum, *Te Deum laudamus*: Et canentes eant  
 processionaliter ad Ecclesiam, finitoque Hymno pater  
 Provincialis dicat versiculum, *Spiritus Domini. Domine  
 exaudi orationem meam. Dominus vobiscum, & Collektam:  
 Mentes nostras*. Deindè omnes Capitulares, & Conven-  
 tuales Monasterij de Retuerta, qui debent associare in  
 processione, dabunt obedientiam patri Provinciali, in-  
 clinantes, ac osculantibus ei manum, servato ordine anti-  
 quitatis eorum.<sup>57</sup>

Et quoniam iustum est, ut Generalis Abbas Præmons-  
 trensis ab omnibus sibi subditis superior recognoscatur,  
 illique debita obediētia, & reverentia exhibetur, sta-  
 tuimus, & ordinamus, ut antequam Capitulum dissol-  
 vatur, Diffinitores firment decretum electionis Provin-  
 cialis Generali mittendum, illudque suis nominibus subs-  
 criptum, & sigillo Capituli obsignatum, intra quinde-  
 cim dies, post factam electionem, ad Generalem fidel-  
 ter mittant, & ab eo confirmationem dictæ electionis  
 petant. Interim verò electus Provincialis fungatur of-  
 ficio Vicarij Provincialis in hac Provincia, donec à Ge-

nerali confirmetur. Obtenta enim confirmatione voca-  
bitur Provincialis, & ordinariam Provincialis auctorita-  
tem, & potestatem habebit. Quod si pater Generalis re-  
quisitus confirmationem concedere distulerit, ex tunc  
lapsis triginta diebus petatur confirmatio à summo Pon-  
tifice, vel eius Nuntio in his Regnis Hispaniarum, pro  
tempore existente. At si forte ad summum Pontificem,  
vel eius Nuntium tunc non pateret tutus accessus, eo  
casu, à quatuor Diffinitoribus, qui electioni interfuerunt,  
confirmatio petatur.

58 Sequenti die post dictam electionem, de mane, præ-  
sente tota Congregatione, celebretur Missa de Spiritu  
sancto, qua finita Patres Diffinidores triennij præteriti,  
quibus commissum fuerat examen status domorum, re-  
ferant illum toti Congregationi, & Secretarius simili-  
ter triennij præteriti referat visitationes tam patris Pro-  
vincialis, quam Visitatorum, & alia quæ acciderint post  
visitationem patrum Visitatorum, & si opus fuerit ad  
plene intelligendum aliquid concernens visitationem  
alicuius domus, ut videatur non solum id, quod resultat  
ex visitatione, sed etiam aliquid, seu aliqua capitula il-  
lius, mandet pater Provincialis, ut legantur: idemque  
fiat de statu domorum; in quo examine, ut potè in re tanti  
momenti, ponatur omnis cura, & diligentia, ut succur-  
ratur, & remedium adhibeatur ubicumque opus fuerit,  
iuxta constitutiones huius Ordinis.

Moneat deinde pater Provincialis totam Congregationē, vt quilibet det suas petitiones, & memorialia, quæ ex suis Conventib⁹, aut particularibus negotijs attulet, Secretario, qui ea recipiat, & videat, & cum iussus fuerit ea in Congregatione proponat. Similiter intimet pater Provincialis toti Congregationi, quod ex eo die incipietur exigi, & recipi ratio administrationis, quam vulgo residentiā vocant, à patribus Provinciali, Diffinito ribus, Visitatoribus & Secretario præteritis, quā rationē, seu residentiam recipiet Diffinitorium solum. Ideò si quis habuerit aliquid contra eos adeat Diffinitorium, & sibi in omnibus iustitia administrabitur. Statimque nominet vnum ex Procuratoribus iunioribus pro portario, vt assistat portæ Diffinitorij pro omnibus, quæ occurrerint, & recipiatur ab eo iuramentum deservando secreto eorum, quæ viderit, vel audierit ibi tractari. Current autem pater Provincialis, & Diffinitores quamprimum concludere, & terminare huiusmodi visitationem, & residentiam, qua durante cesseretur à Sessionibus generalibus.

In primis autem patres Visitatores Monasterij de Retuerta consignabunt visitationem per eos factam Secretario, quæ statim videatur, & consequenter recipiantur denunciationes aliorum Religiosorum, qui aliquid contra ipsum Provincialem præteritum sciverint, aut in aliquo lxiſi fuerint, & procedatur iuxta formam iuris,

& constitutionum Ordinis. Si aliquis Religiosus indebitè grauatus voluerit mittere querelam suam ad Capitulum, Procurator Conventus teneatur accipere memoriale illius subscriptum, & cum opus fuerit pro cognitione gravaminis fieri aliquam diligentiam, quæ in Capitulo fieri non possit, committatur causa, si fuerit grauis.

**6<sup>1</sup>** De ijs rebus de quibus in Capitulo generali redditæ fuerit ratio, & super quibus facta fuerit scriptura, vel processus, legatur in Capitulo tantum sententia referendo summatim merita causæ, & processus, ut omnes intelligent, an fiat iustitia. De ceteris autem rebus, de quibus non fuerit consecuta scriptura, vel processus, fiat brevis relatio substantiæ negotij, & qui senserit se gravatum à Diffinitorio, poterit appellare ad Capitulum Provinciale, si res fuerit grauis.

**6<sup>2</sup>** Finita residentia, antequam publicetur, vacet Congregatio audiendis rebus, quæ ex Conventibus, & à particularibus petitæ fuerint, eisque providendo: & si aliquas res tota Congregatio ex aliquibus rationibus non diffinierit, illas remittat ad Diffinitorium, ut eas diffiniat; nam sine remissoria Congregationis, non potest Diffinitorium de illis cognoscere, nec illas terminare. Auditis petitionibus Conventuum, & particularium, prisoque illis, prout iustitia, & ratio dictauerint; mandet pater Provincialis Secretario, ut referat toti Congre-

gationi , quid resultet ex residentia Provincialis , Dif-  
finitorum, Visitatorum, & Secretarij præteriorum , vt  
maiori luce, & iustificatione possit procedi ad electio-  
nem novorum Prælatorum, & Officialium Generalium.

Praeterea igitur omnibus rebus, quæ ad bonum regi-<sup>63</sup>  
men Ordinis spectant; omnes Prælati, ac Vicarius Pro-  
vincialis, Visitatores, & Rector Collegij Salmatini ren-  
nuncient officijs suis, & pater Provincialis nomine totius  
Congregationis acceptet illorum renunciationem, hor-  
teturque Diffinitorum, cui simul cum eo competit elec-  
tio Abbatum, & aliorum Officialium Ordinis, vt præ-  
parent se, ac ponant animum suum in Deo pro facien-  
dis electionibus novorum Abbatum, & Officialium, ea  
puritate, simplicitate, ac zelo Religionis, quibus conve-  
nit in negotio, quod tantum refert pro bono commu-  
ni totius Religionis: & simul cum participatione, &  
consilio Diffinitorij nominet duos Prælatos , & duos  
Procuratores, qui recipiant rationes expensarum Capi-  
tuli, & faciant repartitionem illarum , ac alias reparti-  
tiones necessarias super tota Religione huius Provinciae,  
quæ quidem repartitiones videantur , examinentur , &  
approbentur à toto Diffinitorio. <sup>64</sup>

Itaque pater Provincialis cum Diffinitoribus, singu-  
lis Monasterijs, singulos Abbates, & Rectorem Colle-  
gio Salmantino per vota secreta eligant , servata ea-  
dem forma, quæ in electione patris Provincialis præ-  
crip-

cripta est: Et huiusmodi electiones à Provinciali vltima die Capituli , qua omnia decreta pronuncianda sunt , publicentur , & confirmentur. Caveant autem Electores , ne carnem sequentes , ac sanguinem , aut mundano favore , seu familiaritate devicti , magis idoneis reprobatis , promoteant minus dignos , alioquin si in hoc culpabiles fuerint , apud distictum iudicem , se noverint rationem esse daturos.

65 Curent etiam , vt si ex proprijs domibus eligi possunt Abbatcs idonei , ex eis potius , quam ex alijs elegantur , eo quod melius de statu domus informati esse possunt. Qui fuerint electi , officia sibi delata acceptent , alioquin tamquam contumaces puniantur. Abbatcs verò , & alios Prælatos , sic vt præfertur , electos , fratres Conventuum , seu alij , ad quos mittuntur , sine contradictione recipiant , eisque obedientiam , & reverentiam debitas præstent , alioquin pœnæ subiaceant , quam Abbas Provincialis in eos duxerit auctoritate Ordinis promulgandam.

66 Itemque totum Capitulum eodem modo , quo elegit Provincialem , eligat etiam vnum Abbatem in Vicarium Provincialem , qui per cessum , vel decepsum , aut privationem , vel absentiam patris Provincialis à Regno Castellæ , & Legionis , vel alio quoquo modo sit impeditus , gerat vices ipsius Provincialis , & si Provincialis decesserit , dictus Vicarius sedem suam habeat

in Monasterio de Retuerta, & tunc provideatur de Abbatे, seu Vicario, ut infra dispositum est, in eius Monasterio. Ipso autem Vicario de medio sublato, pater Provincialis cum Diffinitoribus alium assumat, & si Provincialis, & eius Vicarius viam vniuersæ carnis ingressi fuerint, Prior Monasterij de Retuerta teneatur vocare quatuor de Capitulo privato, ut Vicarium elegant. Quod etiam omnino intelligendum est, quando alia Officia, & Dignitates, quorum electio ad Capitulum spectat, in Ordine vacare contigerit, antequam triennium compleatur.

Consequenter idem pater Provincialis, & Diffinitores eligant duos Abbates in Visitatores Monasterij de Retuerta, & alios duos in Visitatores totius Provinciæ: Item eligant socium patris Provincialis, qui cum eo assistat visitationibus, per ipsum Provinciale faciendis; nullam tamen potestatem habeat, nisi quam pater Provincialis illi impartiri voluerit, & hic socius Provincialis poterit esse Abbas, aut Canonicus, sed si fieri poterit, non eligatur Abbas propter damnum, quod sequitur Monasterijs ex absentia suorum Prælatorum. Præterea eligant unum Abbatem, qui eat ad Capitulum Generale, quod in Gallia celebratur (si illuc tutus patebit accessus) taltem semel in triennio, nomine totius huius Provinciæ, eiusque expensis, & cum mandato Capituli Provincialis.

- 68 Factis omnibus electionibus, pater Provincialis, & Diffinitores iubeant illas per Secretarium describi in libro in forma consueta, & coram tota Congregatione legi in Capitulo, illasque subscribat ipse Provincialis, mandetque legi omnia, quæ fuerunt decreta in Capitulo, ac etiam mandet, quod computatores, & repartidores reddant rationem expensarum Capituli, & illarum repartitionis, patiterque aliarum repartitionum.
- 69 Ut autem omnia in servitium Domini Dei nostri, & prout decet, pro augmento Religionis peragantur, statuimus, & ordinamus, quod omnia statuta, quæ de cetero in Capitulo Provinciali condentur, primo anno, quo facta fuerint, publicentur, & obseruentur tam à Prelatis, quam à subditis, & Visitatores Ordinis ipso anno visitationis, in quolibet Monasterio, quod visitaverint, illa recitari, & promulgari, atque obseruari faciant, contradictores, & rebelles quoscumque, si opus fuerit, per censuras, & poenas ecclesiasticas, & alia opportuna remedia, appellatione postposita, compescendo. Sequenti autem anno eadem statuta examinentur, & tertio anno in Capitulo Provinciali approbentur, si fuerint approbanda.
- 70 Quod si aliqui dicta statuta oppugnare voluerint, causam sufficientem afferant coram Diffinitoribus Capituli Provincialis, ut in ipso Capitulo Provinciali ipsa statuta totaliter approbentur, vel reprobentur, aut

corrigantur. Quòd si tunc approbata fuerint sine vlla remissione tam à Prælatis, quàm à subditis de cetero obseruentur: subditi verò, qui eadem statuta recipere, & servare contempserint per proprios Prælatos, seu Visitatores ad eorum observationem, per censuras, & alias pœnas compellantur.

Prohibemus verò aliquas collectas pecuniarum in Ordine fieri, præterquam pro communibus ipsius Ordinis negotijs, vel pro relevanda aliqua ipsius domo onere paupertatis oppressa, idque in Capitulo Provinciali, vel priuato fiat. Sed Collectoribus in Capitulo Provinciali, vel privato deputatis tribuimus potestatem compellendi ad solvendum collectas auctoritate ipsius Capituli impositas, statuentes, ut quicumque Prælati Ordinis collectas, per Diffinitores Capituli Provincialis, vel privati pro negotijs Ordinis, vel causis concernentibus privilegia, vel statuta, seu rem totius Ordinis pro tempore impositas, non soluerint collectoribus, seu Receptoribus Capituli, in eodem Capitulo, seu in terminis, & personis in Capitulo designatis, priuationis vocis actiux, & passiuæ sententiam, eo ipso, ac alias pœnas arbitrio patris Provincialis infligendas incurrant. Priors verò, & Provisores, ac alij subditi, qui restiterint, voce, & obedientia nominata careant, & sint inhabiles ad quæcumque officia in posterum obtinenda, nisi cum eis per patrem Provincialem misericorditer fuerit dispensatum.

Ab-

Abbates quibus aliquid auctoritate Capituli Provincialis, vel priuati commissum fuerit, quid de eo secerint, per se, vel Nuntium, si ex iuxta causa ad Capitulum, vel ad patrem Provincialem, si ad eum veniendum erit, non venerint, cum litteris, Capitulo, vel patri Provinciali studeant significare.

73 Statuimus etiam, ut duo sint sigilla, vnum magnum, & alterum parvum, quibus insculpta sit imago sancti Norberti Archiepiscopi Magdeburgensis Fundatoris huius Ordinis cum baculo in manu. Sigillum grande habeat in circuitu has litteras, videlicet: *Sigillum Capituli Provincialis Praemonstratensis Hispaniae*: quo sigillo obsignentur omnes expeditiones, & actus Capituli Provincialis, & privati, illudque servetur in Archivio Monasterij de Retuerta pro his temporibus. Alterum sigillum erit magis manuale, & parvum, & manebit penes Secretarium Provincialis, pro expediendis rebus ordinarijs sui officij, & cum eadem imagine sancti Norberti habebit in circuitu litteras huiusmodi: *Sigillum Provincialis Ordinis Praemonstratensis Hispaniae*.

74 Item statuimus, quod in Capitulo Provinciali, non possit fieri mora ultra octo dies, & si aliqua negotia acciderint, quæ hoc termino expediri non possint, per totam Congregationem remittantur ad Distinitorium, ut in eo terminentur. Et sic pater Provincialis breui exhortatione facta, dictaque confessione Generali, & fac-

sacta absolutione dimittat Congregationem.

## DE CAPITVLO PRIVATO.

### CAP. II.

**I**TEM statuimus, & ordinamus, quod deinceps in perpetuum secundo anno post celebrationem Capi-<sup>75</sup> tuli Provincialis, per patrem Provincialem, cum Diffinitoribus in Capitulo Provinciali electis celebretur Capitulum privatum in Monasterio, per Diffinitores designando, in Dominica *Cantate*. Quod quidem Capitulum privatū, non possit anticipari, neque differri, nisi ex causa gravis infirmitatis patris Provincialis, qui cum primum potuerit, convocet ipsum Capitulum, & quamvis aliis ex Capitularibus infirmitate, vel alio impedimento detineatur, non propterea desinat Capitulum celebrari à reliquis.

Quotidie autem dum celebratur ipsum Capitulum, unus ex Prælatis celebret Missam de Spiritu Sancto, cui assistant ceteri Capitulares: Hoc autem Capitulum privatum ad lites dirimendas, mores reformatos, & ad omnia componenda eamē potestatē habeat, quam Capitulum Provinciale habet.

Ad hoc Capitulum adesse debent patres Visitato-<sup>76</sup> res in Monasterio, non autem in Diffinitorio: In hoc Capitulo privato videantur visitationes, quas fecerint

patres Visitatores, & quæcumque alij, quæ factæ fuerint: sed dum videntur, non deberit esse præsentes ipsi Visitatores, nisi vocati fuerint ad informandum de aliquo casu, & ibi terminabuntur negotia, nisi ad Capitulum Provinciale remittantur.

77 Pater Provincialis in Capitulo privato rationem reddere debebit de statu, in quo Religio tunc temporis reperitur, & de necessitatibus, quibus in Capitulo fuerit providendum, & in eo admoneantur Visitatores de eo quod facere, & providere debent. In codē Capitulo privato cognoscatur de gravaminibus, quæ pater Provincialis, & Visitatores fecerint, & sic poterunt transmitti querelæ ad ipsum Capitulum, & si opus fuerit aliquem querelantem venire, mittat ad petendum licentiam à patre Provinciali, qui tali casu teneatur illam concedere; & qui aliquid iniuste fecerit, graviter corrigatur, si verò conquerens iustam querelæ causam non habuerit, graviter puniatur.

78 Si contra patrem Provincialem aliquod scandalosum resultaverit, quod privationem mereatur, contra eum procedatur eo modo, qui inferius dispositus est, ubi tractatur de visitatione Monasterij de Retuerta, cui dispositioni se conformabit Capitulum; Quòd si ante celebationem Capituli innotuerit excessus, & periculum sit in mora expectationis Capituli, eo casu antiquior ex Disfinitoribus convocet Capitulum, & procedatur ad veri-

ficationem, & punitionem delicti, & non aliter.

Si pater Provincialis fregerit aliquas constitutiones<sup>79</sup> Ordinis, aut contra eas dispensaverit, acriter, per Capitulum reprehendatur, poena vero ad tempus eius residentiæ reserueretur, & quod taliter fecerit, declaretur irritum, & inane. Sed dum tractabitur de gravaminibus, per ipsum Provincialem factis, non adsit ipse præsens, idemque intelligatur de quibuscumque alijs, de quibus tractabitur.

Si quæ repartitiones pro negotijs communibus, &<sup>80</sup> alijs necessitatibus Religionis fuerint facienda, fiant in Capitulo Provinciali, aut privato, cum necessitas vrgens fuerit: semper autem attendatur, vt repartitiones huiusmodi fiant debito respectu facultatum, & reddituum vniuersitatis Monasterij, ita vt nulli iniuria inferatur. <sup>81</sup>

In ipso autem Capitulo privato, non possit derogari, aut dispensari in aliqua re ex ijs, quæ definitæ, aut ordinatæ in Capitulo Provinciali fuerint, nisi per ipsum Capitulum Provinciale ad Capitulum privatum remissæ fuerint, nec aliqua nova lex, aut constitutio fieri, cum huiusmodi Capitulum convocetur, & celebretur tantummodo pro cognitione, & executione eorum, quæ in Capitulo Provinciali ordinata fuerint, & ad cognoscendum si quid absurdum, vel inconueniens ex eis resultaverit, vt postmodum in Capitulo Provinciali debitum remedium adhibeat, & statuatur id, quod maturiori omnium consilio

iudicatum fuerit magis expedire. Prælati, & Religiosi, qui ad huiusmodi Capitulum convenerint, assistant horis Canonicis: si quis autem sine licentia defuerit, eum Prior Conventus puniat, si Conventualis fuerit, si vero Prælatus, per patrem Provincialem corrigatur.

82 Ad patrem Provincialem, & deputatos huius Capituli pertinent electiones Abbatum, & aliorum officiorum, quæ durante triennio vacauerint, in quibus electionibus seruabunt formam in Capitulo Provinciali præscriptam, & qui in locum Abbatis demortui, vel amoti sussecutus fuerit, si non plus quam sex menses defint ad complendum triennium, Vicarius, alioquin Abbas nominetur.

83 Sed propter pericula, & damna, quæ Monasterijs, & domibus, ex diuturna vacatione regiminis Abbatum, & aliorum Officialium provenire possunt, cum per obitum, aut alium casum vacant mandamus Priori ipsius Monasterij, ubi Prælaturam vacare contigerit sub pena privationis officij, quod eo ipso die, quo Abbas ipsius Monasterij deceperit, mittat ad intimandum id patri Provinciali, cui mandamus, ut intra tres dies postquam de vacatione huiusmodi certior factus fuerit, convocet deputatos ad Capitulum privatum, qui ita convocati, & admoniti, nulla occasione se detineant, sed statim venientes proficiant Pastorem illi domui vacanti. Quod si pater Provincialis, & deputati in hoc fuerint negligentes,

gentes, per Capitulum Provinciale, in eorum residentia,  
graviter puniantur.

## DE VISITATIONIBVS, & modo visitandi. Cap. III.

**Q** Volibet triennio duæ visitationes fiant, altera,  
per patres Visitatores ante Capitulum priva-  
tum, altera verò, per patrem Provincialem, post  
ipsum Capitulum privatum, quæ ita debet fieri, vt an-  
te Capitulum Provinciale iam peracta sit. Ipsì verò pa-  
ter Provincialis, & Visitatores cum ad visitandum ac-  
cesserint, nullo intervalo adhibito, visitationem perfici-  
ant, sed Monasteria de Vrdax, & de Belpuche propter  
illorum distantiam, semel in triennio sufficiet visitari,  
per patrem Provincialem, vel per Visitatores, prout pa-  
tri Provinciali visum fuerit, nisi vrgens necessitas aliud  
postulet. 84

Si peracta visitatione evenerit, vt propter particu-  
larem aliquam causam aliquod Monasterium visitari  
debeat, tunc per patrem Provincialem, vel eius vices  
gerentem visitetur. Visitatores antequam visitare inci-  
piant in Monasterio beatæ Mariæ de Retuerta conve-  
niant ad tractandum quid in visitationibus faciendum  
sit: deinde ex ipso Monasterio de Retuerta ibunt ad Mo-  
nasterium sancti Saturnini Medinæ del Campo, & inde

ad Collegium Salmantinum ,deinde ad Monasterium Charitatis, inde ad Monasterium sancti Spiritus Abulensis, & inde ad Monasterium beatæ Mariæ Hortorum Segobiensis, & inde ad Monasterium beatæ Mariæ de la Vid, & inde ad Monasterium sancti Salvatoris de Vrdax , si hoc per ipsos Visitatores visitari debere pater Provincialis decreverit, & inde ad Monasterium Buxeti , & inde ad Monasterium sancti Christophori de Yueas, & inde ad Monasterium sancti Michaelis de Villamayor, & inde ad Monasterium beatæ Mariæ Regalis de Aguilar de Campo, & inde ad Monasterium sanctæ Crucis, & inde ad Monasterium sancti Pelagij de Serrato, & inde redeant ad Monasterium beatæ Mariæ de Retuerta , vbi reddant rationem visitationis patri Provinciali, & ibi visitationem relinquant.

36 Mandamus autem, ut Visitatores in itinere debitam humilitatem, & modestiam seruent, duobus famulis, & duabus mulis contenti, & ne in itinere citra præcisam necessitatem se detineant ; spatium triginta trium dierum ad per agendam visitationem, eis duximus præfigendum, quibus triginta tribus diebus, octo leucis pro qualibet die computatis, omnia Monasteria prædicta visitare poterunt. Ipsis autem Visitatoribus, ab uno quoque conventu, ad quem pervenerint, dum in eo visitant, necessaria pro victu tribuantur : præterea pro expensis itineris detur, cum exeunt ad visitandum, quantum mo-

deratē sufficere videbitur. Quibus quidem expensis omnes Conventus Ordinis, iuxta vniuersiusque facultates, contribuant, iuxta taxationem in Capitulo privato sa- ciendam. Peracta visitatione Visitatores patri Provinciali, Provincialis autem Capitulo Provinciali rationem expositorum reddant, & si quid eis ex pecunijs sibi tra- ditis supersuerit, restituant, pariterque si quid plus de necessitate expenderint, eis restituatur.

87

Et ut occasio discordia inter Visitatores tollatur, sta- tuimus, vt quando ex Retuerta ad visitandas domos acceſſerint, is ex Visitatoribus, qui fuerit Abbas anti- quioris domus, præcedat in visitatione primi Conven- tus, & postea alter; ita ut alternatim præcedant, & qui præterit, visitationem proponat, & perficiat, sed in visi- tatione, & informationibus sumendis, & inquisitionibus faciendis, coniunctim procedant, ille autem qui non præſt, curam habeat scribendi ea, quæ visitatori ad visi- tationem pertinent. Ceterum volumus atque decerni- mus, quod Visitatores habeant eamdem facultatem, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, ac tam in capi- te, quam in membris, quam habet pater Provincialis in sua visitatione, hoc excepto, quod ipsi non possint ali- quem Abbatem priuare, illum tamen ab officio sus- pendere, & causam patri Provinciali remittere po- terunt.

88

Prohibemus autem sub poena grauiori Abbatibus,

Prio-

Prioribus, & alijs Religiosis cuiuslibet Conventus, ne pro recipiendis Visitatoribus, ac etiam patre Provincia- li aliquem apparatum faciant, sed cum Visitatores ad visitandum accesserint, antequam ad Conventum perueniant, præmisso uno ex famulis, certiorem de aduentu suo faciant Prælatum domus, ad quam tendunt, qui sta- tim Conuentum vocabit; non tamen ipse, nec alij Ca- nonici extra Monasterium ipsis Visitatoribus occur- rant, sed cum Prælatus Monasterij visitandi patrem Provincialem, vel Visitatores portam ipsius Monasterij introisse cognoverit, ad claustrum, seu ostium Ecclesiæ, vbi Conuentus hac de causa erit Congregatus, venire festinabit, ut ipsis Visitatoribus illuc aduentientibus, Ec- clesiam simul intrent dicentes Psalmum: *Lætatus sum: Et cum in Chorum peruererint, finito Psalmo, subiung at hebdomadarius: Gloria patri- Kyrie eleyson- Pater noster- & ne nos- Vers. Saluos fac seruos tuos. Dominus vobiscum. Oremus. Prætende Domine famulis tuis- Ipsiis Visitatoribus super gradum presbyterij genuflexis, Abbe verò, & Conventu in suis locis interim prostratis; factaque ora- tione, divertant ad loca designata.*

89. Altera autem die Visitatores convenient ad primam in Choro, vbi, & vbique primum stallum teneant, & cum ad preces deuentum fuerit, is, cui onus visitandi illam domum incumbet, dicat: *Confiteor- Misereatur- In- indulgentiam-* Similiter in Completorio, & in omnibus

locis, & actibus, quibus eos interesse contigerit, præerunt; sed eorum, quæ regimen domus concernunt, nō ipsi Visitatores, sed Prælatus domus curam habeat. Idcirco patet Provincialis, nec Visitatores in domibus, quas visitant, Nouicios recipere, receptosue ad professionem admittere non possint, sed obseruetur constitutio de Nouitijs.

Congregatis igitur fratribus in Capitulo, ac præmisso, à Visitatore, *Benedicite, & responso, Dominus,* fiat per ipsum Visitatorem aliquæ de obseruantia regularis disciplinæ, de obedientia, & de proprij pastoris reuerentia exhortatio.

Le<sup>t</sup>is deinde litteris Capituli Provincialis, auctoritate Dei, & eiusdem Capituli, præcipiant Visitatores, ut de Prælato, de Canonis, & Fratribus, de Conuersis, Donatis, ac totius Monasterij statu, quidquid superiorijs, de quibus interrogati fuerint, accusatione, vel emanatione dignum cognouerint, singuli sincere ipsis Visitatoribus indicent, denuncient, & revelent, nullatenus amore, vel odio, seu timore cuiusquam, aliaeque qualibet occasione veritatem supprimentes, ne cum graui periculo animarum, grauem etiam incurvant Ordinis censuram. Facto itaque præcepto, & allata præcedentium Visitatorum charta, & in conspectu omnium lecta, finitoque Capitulo, Visitatores ipsi, à singulis seorsum ibidem, aut alias in loco ad hoc eis deputato, quæ fuerint

rint inquirenda, diligenter inquirant. Primo, an præcedens visitatio bene fuerit obseruata; & quem in non seruando inuenerint culpabilem, sive ille sit Prælatus, sive subditus, tamquam Deo, & Provinciali Capitulo inobedientem grauiter puniant.

92 Attente etiam, ac solicite, semoto omni benevolentia, quæ in subuersionem Religionis aliquando exhibetur, affectu, inquirant de negligentia Prælati, an corrigit excessus, an sit carnalis, vel nimis secularis; an bonum exemplum subditis præbeat frequentando Ecclesiam, quando potest, atque in abstinentijs, & alijs obseruantij Ordinis; an statuta Ordinis, & Capituli Provincialis faciat obseruari; an per ipsum vigeat, aut deficiat disciplina in Monasterio; an ferventer reprehendat ea, quæ fiunt in ordinatè; an nimis euagetur; an sine acceptione personarum negligentias, & excessus quos inuenerit puniat. Postmodum interroget de pace Prælati, & subditorum. Quod si dixerint non esse pacem; causa cum omni studio inquiratur, eaque cognita, qui puniendi fuerint, legitimè puniantur.

93 Deinde interroget qualiter, tam Fratres, quam Conuersi, & Donati se habeant in obseruantij Ordinis, scilicet, in non habendo propria, in tenendo silentium, in continentia, in proprij pastoris obedientia, in eiusdem, & ipsorum ad inuicem reverentia, in veniendo ad chorum, & Ecclesiam, & in celebrando divinum Officium m

iuxta

iuxta formam Ordinis, & ritum Romanum, in abstinentijs, an in colloquio ad invicem, & cum hospitibus, in petenda licentia , & cum secularibus, familiaribus, Conversis, Donatis, seu alijs quibuscumque, Religioni debitam seruent honestatem. Demum, an curiositatem vitent; an detractiones, & murmurationes fugiant; an laudabiliter culpas in Capitulo confiteantur; an sint in reprehensione humiles, & in emendatione tractabiles, est sollicitè perquirendum. 94

Pro temporalium quoque statu cognoscendo diligenter inquiratur, an domus sit grauata debitibus , & quantis, & cui , vel quibus specialiter debet : si igitur domus inverniatur debitibus grauata, sciant ex quibus causis, & si nulla rationabilis causa appareat , quæ Prælatum excusat, in ipsum culpa redundet. 95

Et quia bonum regimen temporale non parum adiuvat spirituale: Ideò mandamus, & conscientiam Visitatorum oneramus, vt diligenter inquirant quomodo redditus Monasteriorum expenduntur, an extra res necessarias, & idcirco accurate videant librum sumptus, & si excessum inuenient, tam in Prælato , quam in Provi-  
sore, graviter eos puniant. 96

Super premissis omnibus, sigillatim à singulis Fratribus, etiam Conversis, & Donatis, inquisitio , tam de Abbate , quam de ipsis fratribus, cum omni studio est facienda. Cavere tamen debent, ne illa, quæ dignè cor-  
recta

recta iam fuerint; iterum coram ipsis proponantur, aut de illis vterius tractent; cum bis in idipsum, non sit iudicandum. Neve fratres Prælatum, vel alium fratrem accusent præterquam de ijs, quæ post ultimam visitationem fuerint perpetrata, nisi proprio iuramento affirmaverint, post ultimam visitationem illa ad eorum notitiam pervenisse.

97 Debent etiam Visitatores obseruare, quod eos fratres, qui ob aliquas culpas privati sunt voce, non recipiant ad testimonium, seu accusationem contra aliquem, donec cum eis super hoc, iuxta constitutiones Ordinis, misericorditer fuerit dispensatum. Item ne recipient testes laicos in visitationibus, nisi ex aliqua urgentissima causa, cum ex depositionibus eorum scandala, & alia mala oriri soleant: si per viam accusationis contra aliquem procedatur, ut calumniandi occasio præcidatur, nomina, & cognomina, patriæque accusatoris, & testimoniū, qui inducentur, ac depositiones ipsorum testimoniū in scriptis dentur; ne sub spe quòd eorum nomina celata erunt, audeant aliquem falsa accusatione, vel testificazione perperam infamare.

98 Si qui tamen fratres aliquid grave, aut enorme contra quempiam coram Visitatore suo in secreto propnere voluerint, audiantur, & si is, contra quem propnitur, ea de re fuerit grauiter infamatus, tunc non à malivolis, & maledicis, sed à fratribus fide dignis, cum se-

creto, sub iuramento veritas inquiratur, & prout dignum fuerit, crimen emendetur, nisi fuerit patri Provinciali, vel Capitulo referendum. Recipient etiam in scriptis defensiones reorum, & non permitant, ut ipsi pro eorum defensione recurrent ad Advocatos, vel alios seculares, sed ipsi sine strepitu, & intra claustra Monasterij procurent suam innocentiam humiliter demonstrare. Non permittant Visitatores, quod proponatur aliquid contra quempiam de auditu tantum, nisi propo-nens dicat à quo ipse audierit: caveant etiam Visitatores, ne delicta per viam Sacramentalis Confessionis ullo pacto investigent.

Si ad probandum aliquid crimen indigeant Visitatores testimonio alicuius fratris absentis, & talis necessitas fuerit, ut sine ipso commodè fieri non possit, scribatur ad eius Abbatem, ut eum mittat: si verò sufficiat, ut eius testimonium deferatur, tunc eius Abbatis committatur, ut illum examinet, ac ipsius testimonium cum omni diligentia sub sigillo clausum mittat, si crimen manifestum fuerit; alioquin si occultum fuerit, testis ipse omnino veniat, aut visitator illum adeat, quiá tali ca-su, non est alteri committendum examen; ne quod occultum est alijs detegatur.

Quando autem accusatio fit contra Pralatos, debent diligenter animaduertere Visitatores, quod, cum ipsi sint quasi signum positi ad sagittam, nec possint

omnibus placere, frequenter odium multorum incur-  
runt, & infidias patientur: ideo accusatio Prælatorum,  
, non facile admittatur, ne concussis columnis corrutat  
, ædificium, sed diligens adhibeatur cautela, per quam  
, non solum falsæ, sed etiam malignæ criminationi ianua  
, præcludatur.

101 Cùm ergo aliquis ex subditis contra Prælatum suum  
aliquid enorme proponere voluerit, non audiatur, nisi  
id coram maiori, & seniori parte Conventus in loco  
competenti proponat, aut afferat se, pér testes idoneos,  
& sufficietes, quod proposuerit posse probare, & tunc  
vt melius super hoc veritas cognoscatur fiat inquisitio  
non summatim, nec in publico, sed sigillatim, & in se-  
creto, & in loco vbi secretè fiat inquisitio, habeatur  
textus Evangeliorum, cum stola, & abijs, qui depo-  
nent, Visitator per iuramentum inquirat, tam de ob-  
iectis criminibus, & veritate obiectorum, quam de ido-  
neitate, & vita testium productorum. Verumtamen  
animaduertant Visitatores, vt ita provideant, ne Præ-  
, lati iniuste criminentur, vt tamen caveant, ne delin-  
, quant insolenter, ad utrumque malum congruo reme-  
, dio occurrentes.

Ad inquisitiones super peremptorijs, & enorribus  
102 secreto faciendas, Visitatores non de facili procedant,  
nisi quando gravis infamia, vel insinuatio clamosa præ-  
cedit. Qui contra Prælatum, vel alium fratrem obiece-  
rit,

rit, per viam accusationis, aliquid peremptorium, vel  
enorme, aut publicam infamiam, nec potuerit sufficien-  
ter probare, puniatur sine remissione, secundum quod  
de infamatoribus est statutum. Qui tempore visitatio-  
nis de commissis, antequam testes super ijs iurauerint,  
coram proprio Abbe, & Visitatoribus humiliter ve-  
niam petierit, mitius arbitrio Visitatorum puniatur.

Demum, expeditis omnibus supradictis, Visitatores<sup>103</sup>  
Ecclesiam, ac sanctissimum Eucharistia Sacmentum,  
& reliqua Sacraenta ( si Ecclesia Parochialis fuerit) al-  
taria, Sacrarium, Officinas, cellas fratrum, & omnia alia  
visitent, & si Ecclesia curam animarum habeat, dili-  
genter inquirant, an debito modo, & per idoneum  
Sacerdotem, qui de omnibus, quæ ad regimen anima-  
rum spectant bene instruëtus sit, ipsa cura exerceatur.<sup>104</sup>

Ac denique, habita seorsum deliberatione matura,  
finem legitimum sua sententia imponentes; quæ de ma-  
nifestis, & publicis excessibus scribenda, vel etiam re-  
formatione domus, & honestate Ordinis ordinanda  
decreverint; in libro visitationum ad id specialiter de-  
putato, & accurate asseruando, scribant: nihil tamen  
contra constitutiones Ordinis innovare præsumant.

Consideratisque diligenter ordinationibus præceden-<sup>105</sup>  
tiuum visitationum, si quid imperfectum, aut minus dig-  
num Religione in eis invenerint, deleant: quæ verò vitæ  
monasticæ consona sunt, ibi relinquuntur scripta, tam  
nouæ,

nova, quam vetera, ut sic collatis novis ordinationibus, cum veteribus, facile deprehendatur quantum Conventus profecerit, aut defecerit in Religione.

**¶ 06** Ipsi autem Visitatores, aut antiquas sanctiones confirmant, & innovent, aut novas cuilibet domui commodiiores pro tempore constituant: quas sub sigillis suis, relinquant penes Piores in domibus, ut sequenti anno futuris Visitatoribus ostendantur: qui eas cum omni diligentia obseruari faciant, ac earum transgressores puniant: Ipsi autem Piores in quolibet mense publice in Capitulo eas legant, & fratres ad earum obseruationem hortentur.

**¶ 07** Reversi à visitatione, statim Monasteriorum, quæ visitauerint, & ordinationes, quas fecerint, Capitulo privato, si Visitatores fuerint, si autem Provincialis, Capitulo Provinciali, referant, & summatim ad finem processus visitationis describant statum, in quo ipsi invenerunt Monasterium, & statum, in quo illud reliquerunt, ne detineant Capitulum in processibus videntis, quando aliter fieri potest.

**¶ 08** Inhibemus autem expresse Visitatoribus, ne fratres auctoritate patris Provincialis, aut Capituli Provincialis, vel privati emissos remittere audeant, cum eorum revocatio specialiter pertineat ad mittentem: minusque aliquid attentare audeant, quod eis per patentes litteras Capituli Provincialis, vel privati, seu patris Pro-

vincialis non fuerit expressè commissum, vel iniunctum, cùm aliquando per indiscretas quorumdam Visitatorum remissiones, dispensationes, concessiones, & indulta, non parum Ordinis disciplina confundatur. Quòd si secus fecerint, per Capitulum seuerè puniantur.

109

Ipsis etiam Visitatoribus districtius inhibemus, ne Abbatibus Monasteriorum, quæ visitant, vel alijs quibuscumque, processus, vel scripturas inquisitionum ostendant, seu nomina deponentium quoquomodo revelent, sed visitatio eis tantum reveletur, quibus necessario revelari debet: cum alijs autem debitum silentium seruent propter Ordinis dignitatem. Transgressores autem huius prohibitionis tamquam revelatores secretorum Ordinis decernimus puniendos, saluis ijs, quæ ad defensionem Abbatum per statuta Ordinis specialiter sunt reseruata.

110

Præcipimus autem, vt processus, inquisitiones, & acta quæ contra aliquem criminosum formata, seu gesta fuerint, semper etiam post latam sententiam, & executioni demandatam seruentur in archivio Conventus, in quo is deliquit, vt si quando relapsus, vel superbus fuerit, etiam mortuis testibus, causa eius in promptu habeatur. Ceterum ipsi Visitatores summopere prouideant, quantum in eis fuerit, vt in domibus visitatis pacem relinquant, salva correctionis disciplina, & vt quæstiones, quas poterunt suo iudicio terminare, nul-

latēnus Capitulo Provinciali, vel priuato referuent.

**III.** Denique correctis, & emendatis, quæ correctione, & emendatione digna cognouerint, fratribus vale dicturi ad Capitulum venientes, dicant: *Confiteor cum toto Conventu, & postea subiungāt: Misereatur, & Indulgentiam* prout in fine Capituli Provincialis. Porrò Visitatores in domibus, quas visitant, sine iusta causa, moram nimiam non faciant: quod si plusquam per octo dies ad longius in visitando durauerint, nisi euidens necessitas aliud requirat, in Capitulo Provinciali, vel priuato corriganur. Prohibemus etiam, ne aliquis Praelatus, vel alius Canonicus aliqua Monasteria Ordinis paterna, vel propria auctoritate visitare presumat, cum visitationes pertineant ad patrem Provincialem, vel eius vices gerentem, & ad Visitatores per Capitulum electos. Quod si quisquam secus facere presumperit, sententiam excommunicationis eo ipso incurrat, & alijs poenis per Capitulum Provinciale infligendis puniatur. Illi autem, qui patrem Provincialem, vel Visitatores recipere recusaverint, aut non permiserint visitationis officiū plenariè exercere, similem excommunicationis sententiam, ipso facto, incurvant, & poenæ subiaceant, quam pater Provincialis, vel Capitulum eis duxerit infligendā.

## DE VISITATIONE MONASTERI

rij de Retuerta. Cap. III.

Quo-

**Q**uoniam verò Monasterium beatæ Mariæ de<sup>113</sup> Retuerta, tamquam caput Ordinis in Hispania, speciali aliqua prærogatiua præ ceteris huius Ordinis Monasterijs gaudere debet; statuimus, ut duo Visitatores ed visitationem ipsius Monasterij de Retuerta, in Diffinitorio deputati, semel quolibet triennio visitent dictum Monasterium de Retuerta, tam in capite, quam in membris, procedantque ad correctionem Prioris, & Conventus dicti Manasterij,

**Q**uando autem contra Abbatem Provincialem aliquid graue ex ipsa visitatione resultauerit, Visitatores ad Capitulum Provinciale referant: si verò necesse fuerit, & Capitulum sine scandalo expectari nequiverit, ipsi Visitatores, cum quatuor Diffinitoribus simul processus examinent, & ad correctionem, suspensionem, ac etiam privationem, si opus fuerit sine difficultate procedant, seruata tamen forma iuris, & constitutionum Ordinis. Current autem Abbas Provincialis, & quilibet aliis Prælatus assistere in suo Monasterio dum visitatur.

## DE VISITATIONE MONASTERIORUM Visitatorum Generalium. Cap. V.

**F**inita visitatione Generali, per Visitatores; statim<sup>114</sup> pater Provincialis, cum Diffinitoribus eligat duos Abbates, qui visitent domos Visitatorum Generalium,

&amp;

& hi eadem auctoritatem in hac visitatione habeant,  
quam ipsi Visitatores Generales in sua visitatione Gene-  
rali habebant.

## DE CORREPTIONE FRA- terna. Cap. VI.

**I<sup>116</sup>** **S**icut ex præcepto charitatis, quod est de iure diuina, & naturali, omnes tenemur, cum possimus proximo nostro benefacere, ac illius salutem corporalem procurare, quoniam vnicuique mandabit Deus de proximo suo, nobisque illud præceptum tradidit: Diliges proximum tuum, sicut te ipsum: ita quanto anima dignior est corpore, tanto magis tenemur de spirituali eius anime salute solliciti esse: sicut igitur proximum à periculo, & à malo per opus charitatis corporali; ita, & multo magis eum à peccato, quod animam occidit, per fraternalm correctionem, cum possimus, cavere, & liberare debemus. Non minus etiam tenemur corrigere fratrem peccantem ex pietate, quam Deo debemus. Tene-  
mur enim si possimus prohibere, ne Deus offendatur, vel si quis eum offenderit obuiare, & impedire, ne of-  
fensa continuetur.

**I<sup>117</sup>** **N**an si patris carnalis honorem zelantes tenemur ab eo propulsare iniuriam, & contumeliam prohibere, quanto magis iniuriam Dei? Cum ergo quilibet mortaliter pec-

peccans Deum offendat, nos eum corripere tenemur, si per nostram correptionem à peccato revocari possit. Non solum inferiores, & æquales, sed etiam Superiores cum aliquid reprehensibile commiserint, si possumus debemus corripere pro tempore, & loco. Vnde sanctus pater Augustinus in regula inquit: Non solum vestri, sed ipsius etiam Prælati miseremini, qui inter vos quanto in loco superiori, tanto in periculo maiori versatur. Sed modus habendus est in correptione subditi ad Prælatum, nefiat præiudicium honori, & reverentia Prælato, debitæ: actus enim virtutis debitibus circumstantijs ornari debet. Vnde, & Paulus admonet Timotheum, dicens: *Seniorem ne increpaueris, sed honora ut patrem.*

Præcipue autem hæc cura fraternæ correctionis incumbit Prælatis, quippe qui, cum sint patres, ac simul iudices subditorum, tenentur, ut iudices pro bono communia publica peccata publicè corripere, ac etiam, ut patres diligenter inquirere, pariter, & corrigere secrete peccata secreta, ut presenti remedio utiliter emendentur, antequam in publicum prodeant, ac etiam ne omnino remaneant impunita. Si quis ergo sciat confratrem, aut etiam Prælatum suum de aliquo graui peccato esse reprehensibilem, non negligat, quam primum commode poterit, habita ratione loci, temporis, & personæ illum charitatè corripere, & de salutari emendatione amanter admonere, ut per hoc corripiens exhibeat debitam

erga Deum pietatem, dum cavet ne diuina Maiestas offendatur, & erga proximum charitatem, dum eius salutem spiritualem procurat.

**119** Sed in charitatis exhibitione hic ordo seruandus est, nempe, ut bonum commune semper præferatur bono particulari, deinde, quod in correptione fraterna queratur salus spiritualis proximi, salvo bono communis, quæ salus spiritualis est anteponenda fama, si non se simul compatiantur. Postremo, quod fama proximi semper seruetur quantum fieri potest absque detrimento boni communis, & salutis spiritualis animæ. Cum ergo pro diversitate personarum, & casuum nonnumquam eveniat, ut secreta correptio, sive admonitio parum, aut nihil proficiat; seu alias expeditat pro bono communis, aut pro salute spirituali proximi, crimen revelari; tunc, seruato moderamine rationis, iuxta supra dicta, crimen denuncietur Superiori, qui pro sua discretione prouideat prout viderit expedire. Si enim esset tale crimen, quod

**120** tenderet in perniciem, aut detrimentum Religionis, ut pote crimen hæresis, proditio, subornatio in electionibus, dilapidatio bonorum Religionis, & his similia, omnino esset Superiori, quam primum denunciandum pro bono communis Religionis, quamvis secreta correptio non præcessisset. Si verò non in commune Religionis, sed in particolare ipsius delinquentis, vel alterius, damnum vergeret; ut crimen iniuriarum, fornicatio, gula, ebrie-

tas, aut aliud simile, si notorium sit, publice à Prælatō corripi debet, si verò secretum secreta correptione eius emendatio est procuranda.

121

Quod si secreta correptio non sufficit ad emendationem, tunc delinquens, & delictum Superiori, tamquam patri, qui opportunum remedium adhibere possit reuelari debent. Correptus autem, tam Prælatus, quam subditus correptionem fraternalm, cum humilitate recipiat, caveatque ne in vindictam correptionis, aut denunciationis de se facta, alicui opprobrium, vel gravamen inferat, vel quemquam odio prosequatur, sed correptionem, seu visitationem cum pacientia sustineat.

## DE APPELLATIONIBVS. Cap. VII.

**A**D discursus quorundam, qui pro minimis eva-  
gandi occasionem querunt, compescendos, sta-  
tuimus, vt si quempiam quacumque de causa contige-  
rit appellare, Abbas ipsius illud patri Provinciali quan-  
to citius curet nunciare, & appellans interim sub regula-  
ri disciplina teneatur in pace donec Provincialis de me-  
ritis appellationis cognoscat, & reddat vnicuique iusti-  
tiaz complementum. Quod si à regulari disciplina fuerit  
appellatum, Abbas in appellantes huiusmodi nihilomi-  
nus exerceat disciplinam: si verò appellans sub prætextu  
sus

sux appellationis è Monasterio exierit, vt fugitus ha-  
beatur, & puniatur.

<sup>123</sup> Item ad reprimendam versutiam, & proterviam plu-  
rimorum, statuimus, vt quicumque de cetero Canonici,  
vel Conversi appellauerint; si causa appellationis legitima,  
non reputetur, vel modo debito non comprobetur,  
ad Monasterium Ordinis valde remotum, per decen-  
nium emittantur, intra ipsum terminum ad pristinum  
Monasterium minimè reversuri, nisi à patre Provincia-  
li, vel Capitulo Provinciali, aut privato fuerint revoca-  
ti. Quod si quis Abbas contra patrem Provincialem  
frustratoriè appellauerit (quod per Capitulum Provin-  
ciale, vel privatum iudicari debebit) sine dispensatione  
qualibet deponatur, salvis tum defensionibus Prælato-  
rum, prout in constitutionibus Ordinis continetur.

<sup>124</sup> Et quia evenire potest, vt aliqui Canonici huius Or-  
dinis varijs, & exquisitis modis candorem bonæ famæ  
huius Religionis denigrare, ac assumptum ab ipsis suave  
iugum Domini abiçere, pacemque Prælatorum, & fra-  
trum suorum perturbare nitantur; qui cum ab adminis-  
trationibus quas habent à suis Prælatis removentur, vel  
se dubitant removeri, aut si administrationes non habent,  
nisi eis quando, & quales volunt, conferantur, seu cum  
senserint se pro suis excessibus corrigendos, prætensis  
alijs causis falsis, & frivolis, fingentes à suis Prælatis se  
grauatos, cum tamen grauati non sint; patris Provincia-  
lis,

lis, aut Capituli Provincialis, vel privati audientia prætermissa, ad sedem Apostolicam appellant, ut sub appellationis prætextu bona Ecclesiarum consumere, ac ad libitum suum possint evagari, ac vitam ducere dissolutam in graue scandalum Ordinis, damnum Monasteriorum, & suarum periculum animarum: ne per præmissa, & similia, disciplina regularis elidatur, & vt via delinquendi malignantibus percludatur, statuimus, vt in hac Hispaniarum Provincia, quicumque ex fratribus à suis Prælatis dixerint se gravatos; si inde appellare voluerint, habeant recursum de Abbe conventuali ad Abbatem Provincialem, vel ad Visitatores, durante eorum potestate, & de Abbe Provinciali ad Capitulum Provinciale, vel privatum: & si appelletur à Visitatoribus, habeatur recursus ad patrem Provincialem; aliter autem intentati recursus semper intelligantur sine præiudicio executionis, ita vt habeant effectum deuolutivum tantum, non autem suspensivum.

125

Quod si aliqui, omissis his medijs, ad sedem Apostolicam appellant præsumpserint; propter hoc, appellatus in appellantes huiusmodi, si ante, vel post appellationem excesserint, disciplinam regularem exercere, non desinat: & si aliquos ad eamdem sedem Apostolicam calumniosè, aut frivole appellare contigerit, & propter hoc expensæ, vel damna Monasterio subsequantur, cum de hoc, vnde satisfacere possint, non habeant, appellan-

tes, loco restitutionis expensatum, & damnorum huiusmodi ad arbitrium suorum Prælatorum, quorum conscientias oneramus, per carcerem, vel alias puniantur, pensata quantitate, & qualitate damnorum, & scandali: & nihilominus huiusmodi frivole appellantes voce careant, & obedientia nominata toto tempore vitæ suæ.

126. Ceterum in appellationibus hæc forma obseruetur, ut quicumque appellauerint, causas appellationis fideliter, & omnes articulos in scriptis redigant, & sub sigillo Conventus ad illum, ad quem appellatum fuerit, per certum Nuntium quanto citius transmittant, vt quod iustum fuerit, decernatur. Si vero Abbas, aut Conventus dictam appellationem sigillare, aut mittere noluerint; grauiter, prout deliquerint, ad arbitrium illius, ad quem fuerit appellatum, puniantur.

### DE PROPRIETATE TOLLEND A, & quomodo bona, & redditus Religionis admistrari debeat, ac de alijs ad regimen cuiuslibet Monasterij pertinentibus.

Cap. VIII.

127. **Q**uam detestandum Religiosis sit proprietatis vi-  
tium in maximis, & in minimis, quamque in omni-  
bus vera paupertas laudabilis sit, sacræ litteræ,  
& sanctorum virorum testimonia aperte declarant.

Quid

Quid enim Deo odibilius esse potest, quam post emis-  
sum paupertatis votum ad proprietatis vitium, tam-  
quam canes ad vomitum redire? Ut igitur tam perni-  
tiosum malum ab hac Religione penitus arceatur; om-  
nes, & singulos fratres, seu Canonicos huius Ordinis,  
etiam si Abbas, seu Vicarius Provincialis, vel Conven-  
tualis, & alius quicumque Prælatus sit, priuato rerum,  
bonorumque omnium immobilium, mobilium, & se-  
moventium dominio, usu, usufructu, possessione, & pro-  
prietate quocumque modo, per eos acquisitis, & ad ip-  
sos obuentis, perpetuo priuamus; dictaque possessione  
amouemus, & amotos nunciamus, illaque omnia, & sin-  
gula in communes suarum cuiusque domorum, & præ-  
fata Religionis usus convertenda concedimus, ac om-  
nia, & quacumque privilegia, dispensationes, licentias,  
permissiones, & indulta eis, & ipsorum singulis, super  
his, ac domibus, cellis, hortis, pecunijs, alijsque rebus,  
quacumque causa, & intuitu habendis, retinendis, &  
fruendis, eis concessa, specialiter, & expresse revocamus,  
mandantes Abbatii Provinciali, & Superioribus omni-  
bus, ut rerum, & bonorum omnium prædictorum pos-  
sessionem nomine Monasteriorum, domorum, & lo-  
corum suorum capiant, ut illa, illorumque fructus in  
communes omnium usus convertantur, ac statuentes, ut  
deinceps nullus omnino fratrum dicti Ordinis, sive pri-  
vatus, sive Abbas conventualis, sive Provincialis, Vica-

riusve Generalis, etiam prætextu quorumcumque pri  
uilegiorum, seu inveterata consuetudinis, aut quacum-  
que alia causa, proprium quicquam, aut privatum ha-  
beat, sed omnia ubique communia, & indiuisa omnibus  
Religiosis sint.

**¶ 28** Quin etiam Abbas Provincialis, & Conventualis,  
Priores, & Prælati quicumque vitam cum fratribus suis  
communem ducere debeant. In Refectorio semper, nun-  
quam in cella comedant, nullas ædes separatas, sive in  
claustro, sive alibi habeant, sed unica cella, eademque  
non curiosa, & cum ceteris aliorum fratrum coniuncta,  
contenti esse debeant, pari quoque ratione ceteri fratres  
nil sibi proprij vendicantes, necessarium victimum, & ves-  
titum in sua quisque domo, & per eius Ministros ca-  
piant.

**¶ 29** Itaque nullus fratrum absque licentia Abbatis reci-  
piat, aut retineat: nec ipse Abbas, ultra viginti quatuor  
horarum spatium, retineat pecuniam, vel quamcumque  
aliam rem apud se, vel aliam personam; sed pecunia, &  
quicumque aliæ res, quæ cuique privatim etiam intuitu  
personæ, aut pro Missis celebrandis, vel aliâs quomodo-  
cumque, & undecumque donatae, vel relictæ, vel etiam  
in depositum, & custodiam alicui traditæ fuerint, Su-  
periori intra xxij horarum spatium exhibeantur, qui  
illas statim depositario committat, inde, pro cuiusque  
necessitate, arbitrio ipsius Abbatis, distribuendas.

Et,

Et, ut præmissa firmius obseruentur, præcipimus, vt  
 saltem quater in anno, & quoties sibi videbitur; quili-  
 bet Abbas, vel Prior omnes cellas sui Conventus visitet,  
 diligenterque inspectet, quæ ibi sunt, & si quid Religio-  
 ni, vel paupertati, aut huic regulæ contrarium inven-  
 rit, tollat, & auferat, habeatque clavem communem  
 omnium cellarum, & officinarum, diligenterque obser-  
 vetur, vt in cellis, tam Pralati, quam quorumlibet sub-  
 ditorum nihil sit superfluum, aut curiosum, sive in li-  
 bris, sive in ornatu, & apparatu cellæ, sed fulgeat decor  
 paupertatis promisse. Eam præterea diligentiam Supe-  
 rior adhibere debet, vt singulorum, maximè infir-  
 morum, & senum necessitatibus, iuxta cuiusque exi-  
 gentiam, debite consulatur.

Confessarij etiam nullo modo à confitentibus aliquid  
 recipiant. Ad hæc, nullus omnino Abbatum, Priorum,  
 seu aliorum quorumcumque Prælatorum, seu Superio-  
 rum administrationem prædictorum bonorum, & alia-  
 rum rerum temporalium, dispensationemque pecunia-  
 rum, & reddituum suæ domus etiam nomine Conven-  
 tus habere, seu exercere, vel se se in eis intromittere pos-  
 sit; sed vniuersum id onus Provisorij, seu Procuratori  
 Conventus demandetur, qui rerum, & bonorum suæ  
 domus, inferendorumque in eam reddituum curam ha-  
 beat, & tamquam depositarius pecunias, & cetera im-  
 portata fideliter affervet, ex eisque Abbatij, & fratribus,

ac vniuersæ domui de necessarijs veluti dispensator, cūm ipsius Abbatis, seu alterius domus Superioris auctoritate provideat: isque libros opportunos habeat, in quibus clare, & fideliter rerum omnium, & pecuniarum acceptum, & impensum conscribatur, necnon idem, tam accepti, quam expositi, singulis mensibus, suo Abbatii, adhibitis etiam duobus, vel tribus fratribus eiusdem domus probatoriis, rerumque vsu peritis, deinde ipse met, præsidentibus Abate, & iisdem fratribus, Provinciali, vel Visitatoribus, quotiescumque visitationis officium fecerint; denique ipse Provincialis in proximo Provinciali Capitulo, coram tribus Iudicibus ab ipso Capitulo deputatis, illorum omnium, ac etiam vniuersæ administrationis sua publicæ, & privatæ rationem redere teneatur,

<sup>132</sup> Item nullus frater, seu Canonicus huius Ordinis etiam Prælaturæ officio fungens, teneat, sive possideat aliquem Prioratum, Beneficium, Membrum, prædium, sive Capellaniam, sive Officiaturam, aut quamlibet aliam rem, vel ius ipsius Ordinis, vel alicuius Ordinis, vel alicuius Monasterij in titulum, commendam, vel administrationem, seu alio quocumque modo, etiam nomine Conventus, sed omnia reducantur ad regimen, & gubernationem solius Abbatis, seu Superioris Conventus, sive domus, modo supradicto. Et ad effectum præmissorum qualcumque concessiones præmissorū observationi con-

trarias etiam auctoritate Apostolica haec tenus factas, & confirmatas, specialiter, & expressè revocamus. Praterea statuimus, quod in quolibet Monasterio sit unus liber, in quo omnes actus Capitulares describantur, acta vero, quæ in huiusmodi libro scripta non reperientur nullius sint roboris, vel momenti.

## NE PROVINCIALIS ET EIVS

Secretarius, Diffinitores, aliisque Officiales  
quicquam pro quibuscumque expedi-  
tionibus exigant, nec ipsi, nec Visi-  
tatores munera accipient.

Cap. IX.

133

**Q**uoniam ab Ecclesiastico Ordine, præcipue vero à Religiosis, qui paupertatem professi sunt, & quibus omnis proprietas interdicta est, omnis avaritiae suspicio abesse debet; prohibemus patri Provin- ciali, eiusque Secretario, Diffinitoribus, & alijs quibus- cumque Officialibus, ne quicquam pro quacumque licen- tia, seu dispensatione, aut alijs quibuscumque litteris ip- sius Provincialis, vel eius vicegerentis gratiam, aut ius- titiam concernentibus, nec pro sigillo à quoquam exi- gant, nec etiam sponte oblatum recipient: nec ipsi, nec Visitatores aliquod minus cuiuscumque qualitatis, vel quantitatis existat quoquomodo recipiant; alicquin dan- tes,

tes, & accipientes gravi poenæ subiaceant. Provincialis quidem si in hoc deliquerit ab officio suspenus, per annum existit, eo ipso, ceteri verò poenæ gravioris culpæ teneantur. Volumus autem quod expensæ, quæ pro Officio Secretarij fiunt in Capitulo Provinciali, ubi ipse Provincialis suæ administrationis rationem reddere debet, ex communi Religionis solvantur.

DE CVSTODIA PECVNIAE, SIGILLI,  
privilegiorum, & instrumentorum  
Monasterij.  
Cap. X.

<sup>134</sup> **V**T omnia, quæ ad Monasterium pertinent temporalia de cetero securius, & fidelius conserventur, statuimus, ut in quolibet Conventu sit vna arca communis, in qua unus liber recondatur, qui redditus omnes, & proventus quomodocumque, & qualitercumque ad Monasterium pertinentes contineat, ex quo vnum memoriale extrahetur Provisor dandum, iuxta quod ipse Provisor omnes illos redditus exiget, & recipiet.

<sup>135</sup> Verum in eius manibus pecunia, non remaneat, sed eam statim depositarijs consignet, qui eam in publici depositi capsa deponant, & custodiant vsibus Monasterij, cum necesse fuerit refundendam: Quæ custodia duobus Canonicis fidedignis sub duabus diversis clavibus de Ab-

batis, & maioris partis Conventus consilio, & assensu committatur. Abbas vero si voluerit, clavem tertiam tenebit, aut alteri Canonico tenendam tradet. Quilibet autem eorum habeat rationem exactorum, depositorum, & expensarum libros scriptos, & subscriptos, ut semper sciatur certe; & fideli testimonio comprobetur, quid, quantumve unusquisque accipit, & dat.

Provisor autem tot pecunia<sup>x</sup> tantum, quot sufficient<sup>136</sup> pro rebus necessarijs cuiuslibet mensis assignentur, qui quolibet mense depositarijs praedictis, seu archarijs rationem reddet, & in fine cuiuslibet anni, tam ipse, quam depositarij, & alij omnes, qui bona Ecclesiae recipiunt, & expendunt, coram Abate, & duobus, vel tribus de senioribus, & perioribus computum reddant. Ad quod recitentur omnes expensas, & recepta totius anni, & summa debiti, quod debet Ecclesia, & quod ei debetur. Itaque computum totius anni depositarij penes se, & Provisor penes se retineant in libris, & servent, & cum venerit pater Provincialis ei mera veritas de statu Monasterij, & si quid debuerit, referatur. Abbas vero, vel Praepositus, qui hoc servare non curaverit, ceterique Officiales, qui in observantia huius constitutionis negligentes fuerint, arbitrio Provincialis, vel Visitatorum iuxta damni illati quantitatem mitius, vel durius puniantur.

Documenta vero, & instrumenta, scripturarum publicarum<sup>137</sup>, & privatarum, privilegia, contractus, & omnia iura ad Con-

ventum pertinentia, sigillumque Conventus in loco tunc ab eisdem, & sub eadem fide, & custodia cum suo inventario authenticō asserventur, nec inde extrahantur, nisi de consilio Abbatis, & deputatorum, & sub fideli testimonio in scriptis redacto, ad quod specialis liber deputetur.

<sup>138</sup> Fiat etiam vnum inventarium bonorum mobilium, & immobilia Monasterij, & quorumcumque iurium ad Ecclesiam, & Monasterium pertinentium in forma proba, & fiat duplicatum, ita ut vnum remaneat apud proprium Conventum sub custodia praedicta, & alterum locetur in Archivio, quod in Monasterio de Retuerta constituatur pro documentis omnium Monasteriorum huius Ordinis in Hispania existentium asservandis.

## DE NUMERO FRATRVM IN QVO- libet Monasterio huius Ordinis habendo.

### Cap. XI.

<sup>139</sup> **P** Ræterea, ut in Monasterijs, & domibus huius Ordinis iustus ministrorum numerus perpetuo constet, nunquam pauciores, quam tredecim Canonici professi in singulis Monasterijs, & domibus habeantur. Illæ verò, in quibus tot commodè ali nequivent ab alijs Abbatijis, seu domibus pinguioribus iuxta earum facultates, & taxam, per Capitulum Provinciale faciendam

adiuentur; donec tenuiores ad meliorem fortunam per-  
venerint; ita ut de proprio possint numerum huiusmodi  
alere: tunc enim aliarum domorum eas adiuvantium  
cesset contributio, illæque ab hoc onere liberæ remaneat.

## DE NOVITIIS.

Cap. XII.

**N**Vllus ad habitum huius Religionis recipiatur,<sup>140</sup>  
nisi legitimè natus, & à parentibus bonæ famæ,  
corpore sanus, animo docilis, vt ad litteras capessendas  
sit idoneus, & ad Ordinis labores perferendos aptus, nec  
admittatur aliquis in Canonicum, qui decimum octa-  
vum, nec in Conversum, qui vigesimum quintum suæ  
ætatis annum non attigerit, vt ad laborem sit idoneus:  
Tales autem sint, qui recipiendi sunt, vt per se, non per  
interpositas personas habitū regularem petant, & sciant,  
quid agant; quòdque ad hoc seducti, vel coacti non sint.  
Caveat autem quilibet Abbas, ne tot Canonicos, vel  
Conversos recipiat, quot de facultatibus Monasterij ne-  
queant commodè sustentari, nec tot de vna consanguini-  
tate, vel affinitate, per quos pax Monasterij valeat in pos-  
terum perturbari.

Abbas non nisi de consilio, & assensu maioris partis<sup>141</sup>  
Capituli aliquem recipiat in Canonicum, & in fratrem:  
Capitalum autem receptionem bonorum virorum nul-  
late-

latenus impedire præsumat. Quod si quis Abbas, vel præpositus aliquem aliter receperit, suspensionis sententiam per annum incurrat, & qui aliter, quam servatis supradictis, receptus fuerit, si professionem non emiserit, expellatur. Prælatus verò, qui tales scienter ad professionem admirerit, graviter arbitrio patris Provincialis, aut Capituli Provincialis, vel privati puniatur.

**¶ 42** Cum quis perierit recipi, eius scientia primò probetur, quæ sit eiusmodi, ut saltem sciat Grammaticam; aliter non recipiatur, nisi pater Provincialis aliquem in Musica excellentem, & bonis moribus imbutum, aut aliqua alia virtute insignem, qua Religioni decus, & utilitatem afferre possit, ex speciali gratia duxerit recipientem, & postmodum receptio eius ad minus per triduum suspendatur, ut interim ei regula, & asperitas Ordinis in victu, & vestitu, & assiduitate laboris, & claustris, ac super omnia disciplina, & obedientia ostendatur.

**¶ 43** Verum si completo triduo, in suo proposito constanter perseveret, ad præceptum Abbatis, in Capitulo adducatur, ubi ante Abbatem supra genua se prosternat, & interrogatus ab Abate, *Quid querat, respondeat: Misericordiam Dei, & vestram Pater, & huius Ecclesiae societatem.* Tunc Abbas requirat ab eo, an sit illegitimè natus, an coniugatus, aut servus, an debitibus obligatus, vel alterius professionis, vel aliquam habeat infirmitatem occultam, & si respondet sic non esse; tunc Abbas brevi-

ter ei asperitatem Ordinis exponens, voluntatem ipsius exquirat: & si dixerit se velle cuncta servare; Abbas subiungat: *Deus, qui cœpit in te, ipse perficiat,* & respondeat Conventus: *Amen:* & tunc detur illi habitus, & à die receptionis, manebit in probatione per annum.

Novitiij ex omni loco recipi, educari verò non, nisi <sup>144</sup> in loco deputato permittantur: Vnde cum primum recepti fuerint, habitumque sumpserint, de illorum receptione, ac de qualitatibus certior fiat pater Provincialis, & illico ad deputatum locum Novitiatus mittantur: locus pro educandis Novitijs huius Ordinis in Hispania per Capitulum Provinciale deputatus est in Monasterio beatæ Mariæ de la Vid, Oromensis Diocesis tamquam ad hoc aptiori, & commodiori.

Ordinamus igitur, & mandamus, ut ipse locus Novitiorum intra septa Conventus constituatur, portam autem non habeat in interiora fratrum, sed tantum in primo clauistro, & unica sit tantum: habeat capellam, scholam, dormitorium, focum, & omnia alia necessaria, ita ut Novitiij non compellantur, cum fratribus conversari, nisi in Ecclesia, pro divinis celebrandis, & in Refectorio, pro communi mensa, in quibus tamen locis interdicta sit omnino cum fratribus collocutio, nisi praesente Magistro Novitiorum.

Hic autem Novitiatus habeat duos Magistros, alterum <sup>145</sup> morum, alterum verò Grammaticæ, & Cantus

Ecclesiastici, ut Novitij iuxta eorum ingenia virtutibus imbuantur. Magister morum instituatur aliquis pater probus ex antiquioribus ætatis, & professionis, nulla infania notatus, moribus gravis, devotus in divinis Officijs, & Ecclesiasticis cæremonijs optimè instructus, qui sensuum mortificationem, sacras Ecclesiæ cæremonias, divinum Officium, & regulæ instituta doceat, castitatem, paupertatem obedientiam, humilitatem, & Mundi contemptum suggestendo: doceat etiam, & instruat Novitios, quomodo incedere, stare, inclinare, loqui, oculos demissos, & custoditos habere, ac in alijs gestibus compositi, & in omnibus bene mōrigerati esse debeant. præcipue autem admonebit eos fr̄quenter, ut mores, & conluctudines sœculares in melius mutare studeant, & mala, quæ gesserunt, confitendo, ac lachrimis puniendo, vitiaque, & carnales concupiscentias reprimendo, propriam quoque voluntatem, & consilium propter bonum obedientiæ mortificando, humilia quæque, & viliora, & quoscumque labores libenter amplectendo, exuant veterem hominem cum actibus suis, & deinde virtutes lectando efficiantur novi homines in Christo, quodque soli Deo viuere quærentes cellæ, & quietis suæ sint studiosi observatores, non otio torpeant, lectionibus sacris, orationibus, compunctionibus, & meditationibus, vel etiam labori manuum, prout sibi iniunctum fuerit secundum regularis institutj normam insistendo, seu in dif-

cendo, ea quæ ad regularem observantiam, & ad veram Religionem pertinent, animum suum ad spiritualem protectum, cum Magistri sui consilio, & eruditione assuefiant, & componant, & ut ipse Magister eis salubrius consulere valeat, tentationes quascumque, & secreta cordis sui, & omnem conversationem suam sapius ei manifestare debent, nec quicquam habeant, quod sibi, vel Abbatì, seu Priori occultum esse velint, nec debeat colloquijs, aut operibus aliorum vltro se ingerere, sed omnibus honorem deferentes, vix audeant aliquid coram eis proferre, & ad interrogata cum verecundia, & timore humiliter paucis discant respondere.

Ad omnes vero conventus, vbi ipsos opportet <sup>præ-147</sup> sentes esse, maximè in divino Officio, die, noctuque, tota alacritate, & fervore spiritus assuecant devoti, & tempestivi accurrere. Debet etiam Magister quotidianam eorum conversationem, & si quid minus, vel amplius, quam opporteat egerint, frequenter considerare; & eos secrete corripiat, & instruat, ut opportet. Quando autem in aliquo offenderint, pro quo in Capitulo clamandi essent, corripiat eos Magister eorum, & sicut in Capitulo moris est, coram se veniam prostrato corpore petere faciat, aliquando etiam coram singulis fratribus, & maximè coram senioribus, veniam, & suffragium orationis pro sua emendatione, & stabilitate petere faciat.

Mag

148 Magister Grammatices, & Cantus eiusdem qualitatis, prout Magister morum, nec pueros doceant Cantus, aut fabulas lascivas, quæ possint tenellam illam etatem quoquomodo corrumpere, & à sancto proposito deviare. Magister morum dormiat in Noviciatu in loco à Novitijs separato, ita tamen coniugio, ut ad eorum curam omnino invigilare, & intendere videatur. Magistri verò Grammaticæ, & Cantus nequaquam in Noviciatu dormiant, sed tantum statutis diei horis ingrediantur ad docendum, & in locis publicis, & omnibus apertis maneant associati, tam in ingressu, quam in egredi, à Magistro morum. Tam Magistris, quam Novitijs in omnibus eoru necessitatibus suppeditentur cuncta ex Conventu, in quo est Noviciatus: & si facultates Conventus non sufficiant, suppeditentur ex tota Provincia: & si Provincialis in hoc negligens fuerit, ad arbitrium Capituli Provincialis, vel privati puniatur.

149 Durante tempore probationis Novitij ad omnia diuinæ Oficia convenientia cum professis, excepto quod in Capitulo non remanebunt ad correptionem culparum, sed tabula lecta inde exhibunt, nisi Prælatus eos manere iussit: Interim verò eis nulla obedientia nomina-ta committatur, nec sine magna, & evidenti causa extra Monasterium mittantur, nec Abbas de facili concedat, ut cum extraneis loquantur, nisi se ipso, vel Magistro eorum præsente. Bis autem, vel ter in anno Magister-

Novitiorum certiores faciat Abbates Monasteriorum, quorum Novitij aluntur, de ipsorum Novitiorum moribus, & profectu, ut deliberare possint, an ipsi Novitij sint retinendi.

Completo autem probationis anno, si remanere voluerint, & retineri meruerint, ad nutum Abbatis, & maioris partis Capituli ad professionem recipiantur iuxta formam, & institutum Ordinis, & liber habeatur, in quo professi describantur, cum nominibus parentium, & patriarum, ac die, mense, & anno professionis, ut de illa semper legitimè constare possit. Quod si aliquis in Religione remanere noluerit, vel requisitus professionem facere recusaverit, in habitu, in quo venit, qui servari debet, & cum ijs, quæ secum attulerit, dimittatur sciturus, quod ex tunc Ordo ei in nullo tenetur; ita, ut si postmodum redierit, & ex gratia retineri in illa, vel alia domo Ordinis obtinuerit, totum tempus probationis suæ ex integro peragere tenebitur. Porro qui vestiri debet, si tonsuram non habeat clericalem; Abbas, eo vestito, poterit tonsuram sibi conferre clericalem.

Conversi, & Donati quando recipiendi fuerint, similiter in Capitulo recipiantur, & per annum probationis in Monasterio manebunt, ut interim de orationibus suis, & disciplina Ordinis melius instruantur.

Post completum verò probationis annum, ad professionem trium votorum substantialium, simpliciter abs-

que alia solemnitate in Capitulo recipiantur. Si qui Canonici, vel Conversi tempore probationis decesserint, de ipsis sicut de professis fiet: sed nemo aliquem hanc Religionem ingredi volentem impedit, vel eum retrahat, quominus domum, quam elegit, valeat introire, nec aliquis Abbas, vel Conventus alicui concedat litteras de receptione sua. Nemo etiam committat contra constitutionem felicis recordationis Urbani Papæ Quarti, quæ incipit: *Sane ne in vinea Domini- sub titulo de Symonia in Extravagantibus communibus, quam cum omni rigore præcipimus observari.*

152 Noviter autem professi nullatenus alicui fratri particulari tradantur, sive educandi, sive erudiendi, sed itam mittantur ad locum professorum, vbi sub Magistro eorum degant, donec sacris iniciati existant; nisi talis recipiatur erga quem pro eminentia scientiæ, & maioritate ætatis possit citius dispensari. Quod si secus factum fuerit illico Provincialis ab officio sit suspensus, professor verò, & frater ipsum recipiens carceri mancipetur, & severè puniantur: interim tamen antequam sacris initiantur, poterunt in aliquibus officinis ad voluntatem Abbatis, vel Prioris servire.

## DE LOCO PROFESSORVM.

Cap. XIII.

IN

**I**N hac itidem Provincia sit locus noviter professo<sup>153</sup>rum, isque locus in Monasterio de Retuerta designatus est, qui non habeat portam ad interiora Conventus, sed in primo clauistro, & in clausura sit, sicut de Novitiis statutum est. Noviter professi habeant Magistrum morum probum, gravem, doctum, & devotum, qui eos in regulari disciplina contineat, in carnis mortificazione, & studiosis exercitiis occupet, in ieiuniis exerceat, ne ~~xtas~~ illa lasciviens in facinora labatur. Professi clausuram professorum non exeant sine Magistri morum licentia, nec nisi cum socio prove~~t~~rioris ~~xtatis~~ à Magistro morum eis dato, & ad locum à Magistro bene cognitum, & ut ad tempus prestitutum revertantur, benedictionem, vel pœnam recepturi.

Dormiant in loco communii in lecto tamen cuilibet assignato, nec bini dormiant, sub pena discipline in Refectorio, & carceris per mensem: comedant in Refectorio in mensa tamen separata: frequentius peccata sua confiteantur, & saltem singulis quindecim diebus sacram communionem accipient: Psalmos pœnitentiales, Rosarium beatæ Mariæ Virginis, & alias pias preces frequenter recitent, bini accedant ad Chorum, ubi habeant locum separatum, stent devote, non loquuntur cum fratribus, minusque cum secularibus sine licentia: habeant Magistrum, qui Grammaticam, Canticum, Logicam, vel casus conscientiarum iuxta eorum dispositionem eos do-

doceat, ita ut in virtutum exercitijs unusquisque occupeatur, quo Religioni, & Ecclesiæ Dei possint esse adificationi. Maneant in loco professorum sub disciplina Magistri, usque ad vigesimum secundum suæ aetatis annum, in quo poterunt licentiari ad sacros Ordines suscipiendos, sive ordinati ad maiora studia poterunt promoveri.

¶ 55. Erit bene consultum Religioni, ut Novitij, & Professi non retineantur in locis nativis, sed in alijs locis edificantur, domesticæ namque delitiz, patriæque illecebræ, aut avertunt à virtutum via, aut eorum prosectorum retardant: Professis, & eorum Magistris provideatur de victu, & vestitu, ac alijs necessarijs de Conventuum in quibus morantur facultatibus, si adsunt, sin minus à tota Provincia subveniatur, sicut de Novitijs dictum est.

¶ 56. Vbi ad vigesimum secundum aetatis annum professi pervenerint, sacramque Subdiaconatus Ordinem suscepint, viderintque patres cum Provinciali eos esse bona spei iuvenes, ad maioresque artes idoneos, ad maiora eos studia promoteant; sin minus ad locorum servitia iuxta eorum dispositionem destinent, ita ut eorum cura non negligatur, ne regularis disciplina, quam in Novitatu didicerunt, & in loco professorum exercuerunt, torpore, & negligentia encruetur, & pereat.

QVI, ET QVANDO, DEBEANT  
ordinari. Cap. XIII.

**N**Vllus ante professionem solemniter emissam, &<sup>157</sup> sine litteris dimissorijs (quas Reverendas vocant) eius Prælati, sub cuius obedientia manet, ad aliquos Ordines promoveatur. Porrò ipsæ litteræ dimissoriæ pro recipiendis Ordinibus nemini sine consilio, & assensu deputatorum, seu consiliariorum, & nisi prævio examine, & approbatione de scientia, moribus, xitate, quæ in singulis sacris Ordinibus requiritur, ac alijs requisitis, iuxta decreta sacri Concilij Tridentini, concedantur: censuram autem honestatis, & morum relinquimus discretioni Abbatis, ita ut non ad preces, vel instantiam aliquorum, sed secundum quod conscientia sua sibi dicaverit, aliquos faciat ordinari: maximè cum in huiusmodi non debeat sequi voluntatem hominum, sed ipsius desuper inspectoris Dei, coram quo de hoc tenetur reddere rationem.

Videat autem Abbas ad quem Antistitem suos Religiosos mittit ordinandos, & non nisi ad Episcopum in propria Diœcesi ordinantem, vel ad Episcopum loci ad exercendum Pontificalia in ea Diœcesi specialiter deputatum eos mittat, ut in temporibus à iure statutis, & non aliter ordinentur.

Illi verò, qui contra hanc constitutionem secerint<sup>159</sup>

aliquem ordinari, tenebuntur super hoc veniam petere in sequenti Capitulo Provinciali, cui intererunt, & pœnam subibunt, quam Abbas Provincialis in ipso Capitulo eis duxerit infligendam. Hoc etiam attente providendum est, ne homicidæ, idiotæ, bigami, vel qui cum vidua coniugati fuerint, aut alij irregulares aliquatenus ordinentur: alioquin taliter ordinati à sui Officij executione fint suspensi, & Abbas qui tales ordinari permisit, ab officio suo sit suspensus, donec cum eo per Capitulum fuerit dispensatum.

## DE PRIORATIBVS, ET DOMIBVS vnitis, annexis, vel subiectis.

Cap. XV.

**I**N Ecclesijs autem Monasteriorum, Prioratum, & domorum vñitorum, seu suppressorum, & quæ Abbatijis annexæ, vel subiectæ erunt, si curam animarum habuerint, & ob distantiam ipsa cura per Monasterium commode exerceri non possit, Vicarius perpetuus, qui sit Presbyter secularis ad nominationem Abbatis, & Conventus, cui ea domus subiecta fuerit, & Episcopilo ci Ordinarij institutionem, congrua ei portione pro eius viatu, & oneribus Ecclesiæ supportandis assignata, iuxta constitutionem felicis recordationis Pij Papæ Quinti, super declaratione assignationis portionum Vicariis per-

pe-

petuis in vnione Beneficiorum faciendæ editam, constituantur: in quibus Ecclesijs ea, quæ per sacrum Concilium Tridentinum circa Ordinariorum visitationem, & alia quæcumque statuta sunt, locum sibi vendicent. 162

Si verò Ecclesijs huiusmodi cura animarum non immineat; hæ simili modo per Presbyteros sæculares, per Abbatem, & Conventum Monasterij illius, cui Ecclesia est subiecta apponendos, & ad eius nutum amovibiles, dummodo ab Ordinario loci approbati sint, & licentiam celebrandi habeant, curabuntur: & eadem Ecclesiæ in suis structuris, & ornamentis, alijsque necessarijs conservabuntur, earumque onera consueta suppor tabuntur.

Verum si cura animarum alicui Monasterio, seu Abbatiz immineat, & parochiani ita vicini Monasterio fuerint, ut cura eorum per Abbates, vel alios ad id deputandos in suis Monasterijs residentes exerceri possit, licentiam concedimus Abbatibus, per se, vel alios ad id deputandos, & per Ordinarios locorum approbandos, huiusmodi curam exercendi, servata in omnibus, ut dictum est, forma Concilij Tridentini, ubi de Ecclesijs cusratis Regularium disponit. 163

## DE NOVIS MONASTERIIS constituendis. Cap. XVI.

**S**i quando aliquod novum Monasterium huius Ordinis fuerit construendum, hęc quę sequuntur observari praeципimus. Primò, quod locus construendi Monasterij ab Ordinario sit approbatus iuxta constitutio nem Concilij Tridentini, nec aliquis locus accipiatur ad Monasterium construendum, nisi de consensu Capituli Provincialis, vel privati, aut saltem patris Provincialis, si Capitulum sine periculo nequiverit expectari. An vero Monasterium extra, vel intra populum ædificari debat, id ex consilio patris Provincialis, vel deputatorum pendeat.

**S**i 64 Deinde antequam ad Monasterium mittantur Religiosi ad habitandum, diligenter, & attente consideretur, an illud satis commodum sit ad habitandum, & in eo numerus tredecim Canonicorum, cum alijs Conversis, vel Donatis, qui necessarij fuerint, congrue sustentari possit. Quodque prius Ecclesia decens cum Sacristia, & omnibus ad cultum divinum necessarijs, item dormitorium, Refectorium, cellę hospitum, portaria, & alia officinae in Manasterio necessarię constructa sint. Quodque non desint hi libri, videlicet, Psalterium, Hymnarium, Collectarium, Antiphonarium, Graduale, Regula ordinis, Missale secundum usum sanctę Romanę Ecclesię, nec alia, quę ad regularem disciplinam debito modo servandam necessaria sunt, ut in novum Monasterium introduceti fratres statim ibi Deo servire, & iuxta regulam sui Ordinis vivere possint.

Si

Si quis autem ex fratribus ad novum Monasterium<sup>165</sup> missis, ut ibi habitent, ad Monasterium unde exierit, vel ad aliud, sine licentia patris Provincialis reversus fuerit, sive sit Canonicus, sive Laicus, eum Abbas ad quem pervenerit, detrudat in carcerem, donec patrem Provincialem hac de re certiore faciat, qui eum, ut fugitivum, vel alias prout magis expedire videbitur puniatur: Porro, nec fratres ad novum Monasterium missi vlla penitus occasione sine licentia eiusdem Provincialis ad priorem domum remittantur.

Ad conservandā verò pacem inter Monasteria huius Ordinis prohibemus expressè, ne aliquod novum Monasterium minori distantia, quam quatuor leucarum ab alijs Monasterijs eiusdem Ordinis construatur. Grangiz tamen, seu curiaz, ac molendina, vel alia huiusmodi membra, & annexa Monasterijs ad medium leucam, vel ut magis Capitulo Provinciali, vel privato expedire videbitur, esse poterunt.

### DE VNITATE SERVANDA, ET succurrendo necessitatibus singulorum Mo- nasteriorum, vel Prælatorum.

Cap. XVII.

**V**T in toto corpore Religionis unitas indissolubili constet, ac perpetuo perseveret, statuimus, &

N

LXXXI

mandamus, ut ab omnibus regula uno modo intelligatur, uno modo teneatur, & ijdem mores, & consuetudines obseruentur, ijdem libri ad divinum Officium pertinentes, scilicet, Missale, Textus, Epistolare, Collectaneus, Graduale, Antiphonarius, Hymnarius, Psalterium, Lectionarius, Regula ordinis, Calendarium, & reliqui huiusmodi libri iuxta Ordinis institutum, & S. Romanæ Ecclesiæ usum ab omnibus Religiosis huius Ordinis in usu habeantur.

168 Quod si Abbates in providendo de ipsis libris, qui sint uniformes inventi fuerint negligentes, pater Provincialis, aut Visitatores eos pro negligentia puniant, aut ad Capitulum Provinciale, vel privatum deferant. Ad hæc si alicuius Monasterij nimia paupertas innotuerit, ordinetur in Capitulo Provinciali, vel privato, quomodo illi Monasterio ex redditibus aliorum Monasteriorum pro facultatibus vniuscuiusque, & prout Capitulo videbitur expedire subveniatur.

169 Item præcipimus vniuersis Prælatis huius Ordinis, quod si contingat aliqua monasteria Ordinis ab aliquibus indebet molestatari, & molestatores huiusmodi adeo sint potentes, ut Prælati Monasteriorum sic molestatorum per se ipsos resistere non valent, tunc omnes Prælati huius Provinciae de consilio, & assensu patris Provincialis, & deputatorum pro defensione dictorum Monasteriorum, ac tuitione privilegiorum Ordinis in hoc casu  
con-

contribuant, & expensz, quas hac de causa fieri contigerit, eisdem postmodum in Capitulo Provinciali restituantur.

Idemque servetur, si contigerit aliquod Monasterium contra reformationem, aut contra Provincialem, vel Visitatores se erigere, prout in cap. de poena contravenientium, vel resistantium reformationi statutum est. De praedictis autem expensis necessarijs moderatis, & utilibus, credatur assertioni cum iuramento eorum, qui eas fecerint. Quod si aliquis super hoc requisitus subvenire, seu contribuere noluerit, Prælati Monasteriorum molestatorum id patri Provinciali, seu Capitulo Provinciali, vel privato studeant intimare.

Sed ne vnitatem Ordinis dissoluat, aut deformet capitum multitudo, districte inhibemus, ne Abbates sub quovis praetextu privata Capitula convocare audeant, vel presumant. Quod si secus fecerint, tam is, qui convocauerit, quam illi, qui convenerint, ab eorum Officijs, & Dignitatibus eo ipso sint suspensi, donec ad satisfaciendum de huiusmodi excessu patri Provinciali, seu Capitulo Provinciali, vel privato personaliter se presentent.

**DE CONVERSIS, ET DONATIS, ET**  
quæ addiscere, & quibus Officijs divinis assistere debant, ac de Horis Canonicis ab eis recitandis.

Cap. XVIII.

OM:

17<sup>3</sup> **O**Mnes conversi, & Donati orationem Dominicam, & salutationē Angelicam, nec non Symbolum Apostolorum, & Confessionem generalem, nec non illam salutationem ad Beatam virginem Mariam, quæ incipit, *Salve Regina*, item Psalmum, qui incipit, *Miserere mei*, ac rudimenta fidei Catholicæ, scilicet, doctrinam Christianam, & benedictionem cibi, & potus, gratiarum quoque actionem addiscere omnino teneantur, & illa frequentare. Quibus contenti esse debebunt, absque, eo, quod alijs studijs animum suum implicant; ac propterea nulli eis libri permittantur, exceptis Horis Beatae Mariæ, & aliquibus alijs pijs libris ad pietatem, & devotionem excitantibus, quos pater Abbas eis duxerit permittendos.

Ad matutinum semper convenient in Choro eadem

17<sup>3</sup> hora, qua ceteri fratres, & si voluerint ad laudes revertantur, exceptis infirmis, & illis, qui diuersis officinis deputati, aut labore fatigati, alioue legitimo impedimentoo detenti fuerint, cum quibus Abbas, vel Prior dispensare poterit: In omnibus autem Dominicis, & alijs festis duplibus maneant ad Matutinum usque ad finem, & assistant Missæ maiori, & Vesperis, si quis autem illorum sine licentia Prælati aliquid horum omiserit, ieunet uno die in pane, & aqua: Horas autem Canonicas hoc Ordine recitabunt, videlicet: ad Matutinum recitabunt Pater noster, Ave Maria, & Credo. Deinde vigintiquinque Pater noster.

*noster*, & totidem *Ave Maria*. Ad primam septem. Ad sextam septem. Ad nonam septem. Ad vesperas quindecim. Ad completorum septem *Pater noster*, cum totidem *Ave Maria*, quotidie recitent, & post horam Cōpletorij recitent iterum, *Pater noster*, *Ave Maria*, & *Credo*: singulis quoque hebdomadis, pro fratribus, & sororibus, ac benefactoribus, quinquaginta *Pater noster* cum totidem *Ave Maria* recitent.

Quando autem Abbas, vel alias Religiosus Ordinis<sup>174</sup> obierit servetur constitutio cap. viii. tertiz distin. In commemoratione autem defunctorum, quæ singulis diebus fit post Primam, recitent decem *Pater noster* cum totidem *Ave Maria*, & sextis ferijs ad Capitulum accedant. Porrò fratribus laicis in futurum recipiendis corona non concedatur, nec receptis si illam non habent, conferatur, neque in hoc ullatenus dispensetur. In reliquis autem omnibus ad regularem observantiam pertinentibus, & præcipue in silentio cum ceteris fratribus sint conformes, nisi aliquando pro evidenti necessitate oporteat cum eis in aliquo dispensare.

## DE FAMVLIS LAICIS SERVI- entibus Monasterio. Cap. XIX.

**I**N Conventu non habeantur famuli laici, Abbatis, vel fratribus servientes particulares, neque etiam

*sed 1*  
tamquam communis servitores, præterquam ubi communis domus necessitas usum equorum, sive mularum postulet, pro quibus curandis famulus laicus cum decenti habitu iuxta dispositionem capituli xxij. tertiaræ distinctione permittatur. *Mulier autem et equi non pro Abbatibus,*  
~~aut pro aliquo alio~~ *pro communi ipsius Conventus,*  
*& Religionis necessitate tantum habeantur.*

## DE NON RECIPIENDIS FRATRIBVS alterius Ordinis, ac de transiuntibus ad alium Ordinem.

Cap. XX.

**S**76 Tatuimus, ne aliqui Prælati Ordinis recipiant aliquos fratres alterius Ordinis, nendum ad professionem, sed neque ad Habitum, sine licentia patris Provincialis sub poena suspensionis ob officio, & alijs poenis arbitrio patris Provincialis infligendis: ipse autem Provincialis facultatem non dabit recipiendi aliquem, nisi iuxta formam iuris communis, & Concilij Tridentini, ac aliarum Apostolicarum constitutionum dispositionem, & qui recipi debet, vita, moribus, & exemplo sit talis, quod Religioni utilis sit futurus.

**S**77 Mandamus etiam sub dicta poena, quod si aliquis de hoc Ordine ad alium Ordinem, etiam de licentia sui prælati, se transtulerit, habitum huius Ordinis dimittendo, & alterius habitum assumendo, ut disciplinam regularem efficiat.

effugeret; postea ante professionem ibidem emissam redierit; eum pater Provincialis recipiat, & in carcerem mittat, donec debita eius vita emendatio cognita fuerit. Quos vero cognoverit bono spiritu ductos ad arctiorem Ordinem transisse, si ante professionem ibi emissam redierint, benignè recipiat, nec aliqua poena propter id afficiat.

### NE RELIGIOSI HVIVS ORDINIS secularibus serviant. Cap. XXI.

178  
**P**rohibemus, ne fratres huius Ordinis, sive Canonicci, sive Conversi cui quam Principi, seu Prælato, vel alteri extra suam Religionem in ministerium, vel obsequium ullo modo concedatur, neve ipsi fratres obsequio, vel ministerio alicuius se dedant, sub poena depositionis Prælatis Ordinis id permittentibus, ipsi vero qui se tali obsequio sponte submiserint, poena debita fugitivis.

### DE REBUS MONASTERII NON alienandis, nec hypothecandis, & fructibus ad longum tempus non locandis. Cap. XXII.

179  
**C**onservationi status, tam spiritualis, quam temporalis Monasteriorum consulere volentes prohibemus, ne bona Monasteriorum vendantur, permutentur,

tur, seu aliquo quocumque contractu alienentur, vel ultra triennium locentur, nisi servata forma constitutionis felicis recordationis Pauli Papæ secundi de rebus Ecclesiæ non alienandis. Quando autem fit locatio, tunc Abbatis, & maioris partis Conventus ad sit consensus, & fiat ad publicam licitationem, propositis prius edictis, & meliorem conditionem offerenti, fide tamen, & facultatibus idoneo, relaxentur. Ad Sacrarium vero pertinencia bona cuiusvis generis, & qualitatis existant, nullatenus alienari, nec pignorari, nec ullo modo, præterquam ad ipsiusmet Ecclesiæ usum, alicui commodari possint.

180 Similiter prohibemus, ne fiant venditiones ad terminum grani, vini, lanarum, & aliarum quarumlibet rerum, nisi solutio predicatorum recipi debeat de anno in annum, ultra obventiones, vel proventus unius anni tunc currentis: Pro evidentia tamen utilitate, per patrem Provinciale, vel Capitalum, super huiusmodi solutionibus ad terminum faciendis, dispensari poterit.

181 Ad hæc prohibemus, ne Abbates, vel Conventus aliqui se obligent ullo modo, cum ex obligationibus plenius contingat Abbates, vel administratores excommunicari, & Conventus à Divinis suspendi, & sic disciplina regularis exulet, animæ vero defunctorum consueti suffragijs defraudentur, ac divini cultus tali occasione ad nihilum reducatur in grave populi scandalum, & periculum admarum: si quando tamen necessitas id postu-

Iaverit fiat ex consensu patris Provincialis, vel Capituli,  
 & in obligationibus faciendis caveant, ne censuris Eccle-  
 siasticis se subiiciant.

Abbates vero qui venditiones, locationes, permuta-  
 tiones, seu obligationes fecerint absque dicta licentia, &  
 forma, ipso facto, ab eorum Dignitatibus, & Officiis sint  
 depositi, & eorum subditi ab eorum obedientia penitus  
 absoluti: Piores autem, vel Subpriors, necnon Provi-  
 fores, ac alij subditi, qui præmissis venditionibus, aut  
 obligationibus consenserint, voce careant, & obedientia  
 nominata toto tempore vitæ suæ, nisi ex aliqua iusta, &  
 rationabili causa per Capitulum Provinciale fuerit cum  
 eis dispensatum, super quo eorum conscientias oneramus.

Nullus tamen de Conventu sine rationabili, & ma-  
 nifesta causa se opponat venditionibus, locationibus, &  
 permutationibus faciendis sub poena gravioris culpæ. Ce-  
 terum patri Provinciali, & Capitulo prohibemus, ne  
 venditionibus, aut alienationibus, & locationibus dicto-  
 rum bonorum præbeant consensum nisi magna necessi-  
 tas, aut evidens utilitas Ecclesiarum id postuleat.

NE VACANTE ABBATIA ALI-  
 quid innovetur. Cap. XXIII.

**Q**uodcumque evenerit, sive per obitum, sive per  
 suspensionem, vel privationem, aut alias aliquod  
**Q**uodcumque evenerit, Mo-

Monasterium Abbatे carere; Prior, vel Suprior, vel alius, qui legitimè præsideat, non possit ad recipiendos Novitios, ad professionem dandam, ad dimissorias concedendas, vel ad aliud eiusmodi sese intromittere, vel aliquid innovare, nisi super hoc particularem facultatem habeat, officium autem eius erit monasteria prudenter, & sancte regere, fratres in pace custodire, & diligenter invigilare, ut omnes pie, & regulariter viuant, & omnia in charitate facere. Qui autem contrarium fecerit, voce careat, & obedientia nominata, per triennium, & per decem dies pœnæ gravioris culpe subdatur.

### NE SECRET A ORDINIS REVE- lentur. Cap. XXIII.

**N**Vlli Religioso liceat correctiones, seu excessus, quæ in Ordine sunt, vel secreta Capitulorum, aut dissensiones interiores quoquomodo alijs, quam Superioribus suis revelare, præsertim si inde Ordo, aut personæ possint infamari. Quod si quis de hoc convictus fuerit, vel confessus per xx. dies pœnæ gravioris culpe subiaceat, vel secundum quod malitia eius fuerit comprehensa gravius puniatur, & nihilominus voce, tam in Capitulo, quam extra sine aliqua dispensatione per quinquennium sit privatus, nec infra dictum tempus obediens, tiam nominatam habeat, nam huiusmodi destructores, Ordinis reputamus.

DE

## DE HOSPITALITATE.

Cap. XXV.

881

**C**Vm hospitalitatem nobis specialiter, & frequenter divina Scriptura commendet, vt potè, quæ omnia illa comprehendit propter quæ D. N. Iesus Christus in ultimo discussionis examine remuneraturum se bonos, & malos afferit puniturum, statutum est, vt in qualibet domo huius Ordinis iuxta eius possibilitatem hospitalitas servetur, & eleemosynæ fiant, deputato ibi certo hospitio ad recipiendum pauperes, & ministro idoneo, ac moribus, & doctrina quantum fieri potest eruditio, qui eis deferuiat.

Abbas autem loci, vel ipso negligente, pater Provincialis, aut Visitatores, qui pro tempore fuerint secundum possibilitatem locorum hospitalitatem ordinent, & servari faciant, transgressoribus, si qui fuerint, graviter puniendis. Abbates vero, & alij Religiosi Ordinis secundum merita personarum honestè recipientur, & charitativè tractentur, salva tamen prohibitione, quod Abbates, & alij Religiosi euntes ad Capitulum Provinciale in aliquos Conventus non intrent.

## DE NON RECIPIENDIS SÆCVLA-

ribus in Monasterio ad habitandum.

Cap. XXVI.

Quia

188

**Q**VIA, ut experientia docet, Secularium habitatio  
in Monasterijs, & temporali, & spirituali bono  
Religionis non parum præjudicat; id circa prohibe-  
bemus expressè omnibus Prælatis huius Ordinis sub poë-  
na suspensionis ab Officio per sex menses, quoties con-  
trafecerint, ne in futurum in suis Monasterijs laicos, vel  
etiam Clericos sacerdtales ad habitandum recipiant, ex-  
ceptis ijs qui ad servitium Monasterij necessarij sint: non  
per hoc tamen intendimus omnino hospitalitatem exclu-  
dere, quinimo Prælatis concedimus honestos, & devotos  
viros aliquando recipere, dummodo hoc sit ad modicum  
tempus, & sine gravamine Monasterij.

189

Omnino autem prohibemus, ne vlo tempore ho-  
mines facinorosos, exiles, vel alios huiusmodi recipiant  
sub poëna carceris trium mensium, si fuerit subditus, qui  
recepérít; si verò Prælatus suspensionis, per sex menses,  
& insuper ad arbitrium Superioris pro excessu, & per-  
sonarum qualitate durius puniatur: semper tamen habeat  
ratio immunitatis Ecclesiaz, & ad eam consiguentium.

### NE MULIERES CLAVSTRA MO- nasterij ingredi permittantur.

Cap. XXVII.

190

**I**N Monasterijs huius Ordinis, licet non sit intra claus-  
tra, nulla mulieres, nec ad operandum, nec etiam pro  
gra-

graviter infirmis vñquam admittantur, etiam si sint tales de quibus nulla sinistra suspicio haberi possit: nulla quoque mulier cuiuscumque Dignitatis, & qualitatis existat, etiam coniunctionis sanguinis, vel festi solemnis, vel foundationis Monasterij, aut sub quovis alio pretextu primam partem Clausuræ ingredi permittatur, sub pœnis in Bulla felicis recordationis Pij papæ Quinti super hoc edita, contentis alijs maioribus etiā corporalibus, Abbatij, Portario, & alijs, qui mulieres introduixerint, sive ingredi permiserint Superiorum arbitrio infligendis.

## DE PROHIBITIONE LVDI.

Cap. XXVIII.

191  
**O**mne genus ludi etiam pro honesta recreatione concessi, pecunia, vel alio pecunia estimabili interveniente, fratribus prohibemus: qui contravenerint, si Praefati fuerint ab executione Officij per sex menses suspendatur, si subditi, careant per biennium obedientia nominata, ultra pœnam gravioris culpa per sex dies, si vero talis fuerit, qui neque habeat, neque habere possit obedientiam nominatam pœna carceris trium mensium cum ieiunio, & recitatione psalmorum pœnitentialium puniatur: & si cum Secularibus luserint extra, vel intra Monasterium gravior pœna est infligenda.

192  
 Quod si aliquando quibusdam diebus ludere permit-

tatur, ad ludum, qui vulgo dicitur, de los Bolos, aut Hér-rón, Argolla, vel his similem ludatur extra claustrum in horro, vel viridario, aut alio honesto loco, sine præsentia laicorum, & sine pecunijs, & de Abbatis licentia, qui nullo modo permittat, quod in Monasterio aliquis ha-beat chartas, aleas, taxillos, sive tabellas, aliudue ludi ins-trumentum Religioso minus conveniens. Quod si quis talibus instrumentis luserit, vel habuerit apud se, vel apud alium talia instrumenta mense integro in pane, & aqua ieunet. Quod si Prælatus permiserit, vel eos, qui talia ha-bent, severè non punierit, ab administratione per tres menes suspendatur.

## DE VENATIONE, ET SPECTACVLIS publicis vitandis.

Cap. XXIX.

<sup>193</sup> **S**i quis Religiosorum venationes, in quibus est usus balistarum, scopi, canum, aut avium, seu quæ alias Reli-giosis sunt indignæ, exercuerit, vel canes, aut aves, seu alia venatoria Religiosis indigna habuerit, pœnam car-ceris duorum mensium incurrat, & septem psalmos pœ-nitentiales cum litanij, & precibus quolibet die genu-flexus recitet. Si quis verò convictus fuerit, quod ad spec-tacula, tripudia, saltationes, aut venationes populares ac-cesserit, eadem pœna mulctetur.

NE

NE ÆDIFICIA, LITESVE ABSQVE  
licentia patris Provincialis instituantur.

Cap. XXX.

194  
**S**i aliqua ædificia, ut potè Ecclesia, dormitorium, Refectorium, claustrum, horreum, vel similia in aliquo Monasterio fuerint construenda, statuimus, ut Abbas non incipiat ædificare, nisi de consensu maioris partis Conventus, & de licentia patris Provincialis, vel Capituli, per pensis prius viribus Monasterij, & proviso ne fiant superflua, vel sumptuosa ædificia, & finitis eis, quæ cœpta, & imperfeta existant sub poena suspensionis ad arbitrium Provincialis, vel Capituli: Si pater Provincialis in sua domo similia ædificia construere voluerit, hoc non aliter, quam de consensu Diffinitorum, & sanioris partis Conventus faciat.

195  
 Et quia lites plerumque, bonorum temporalium, ac etiam spiritualium maximum dispendium afferunt, & dubius est earum eventus, ita ut nonnumquam expediat aliquid temporaliū amittere potius, quam litem instituere; ideo præsenti Statuto prohibemus Abbatibus, & alijs Religiosis ne aliquas lites moveant, vel instituant absque expressa licentia patris Provincialis, qui eam non defacili, nec pro levi, aut de qua dubium sit ius, concedat; sed habito prius maturo consilio duorum, vel trium iuris peitorum, quod in lite movenda Religio bonum ius habeat:

beat: Qui verò contrafecerit, Prælatus, à Provinciali, Provin-  
cialis à Capitulo Provinciali, vel priuato puniatur.

## DISTINCTIO SECUNDA:

### DE OFFICIO, ET POTESTATE patris Provincialis. Cap. I.

<sup>196</sup> **P**ATER Provincialis statim, quod Canonicè modo supra disposito electus fuerit, eo ipso sit Abbas Monasterij B. Mariæ de Retuerta, & in eodem Monasterio semper sedem suam habeat, omniumque Monasteriorum, locorum, & personarum huius Ordinis curam gerat, & eam iurisdictionem in partibus Hispaniarum quo ad correctionem morum, & directionem Conventuum, iuxta institutionem Ordinis habeat, quam pater Generalis in toto Ordine habet, dummodo ipse Generalis in his Regnis præsens non sit, tunc enim eam tantum habeat, quam Generalis dum hic fuerit ei concesserit.

<sup>197</sup> Cùm aliquod Monasterium huius Ordinis proprio Abbe destitutum fuerit, ipse Provincialis cum Diffinitoribus ei de Abbe celeriter provideat modo supra ordinato: Ipse autem Provincialis, nec quisquam aliis Religiosus non possit litteras publicas super negotio communem statum Ordinis tangente absque consilio, & assensu Capituli Provincialis, vel privati, impetrare sub

pœna privationis quorumcumque officiorum, & dignitatum Ordinis, & inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtainenda. Provincialis habeat librum, in quo seorsum omnes licentias, dispensationes, ac alia quæcumque acta eius administrationis describantur, alium quoque librum, in quo annotentur ea, quæ se pro Religione expendentur, de quibus in Capitulo Provinciali rationem reddere teneatur.

Ad eradicandum verò proprietatem, & humanum<sup>198</sup> affectum ex animis Religiosorum, ac ut ipsi intelligant se non habere hic domum permanentem; sed domum futuræ quietis, & beatitudinis, quæ in calo est, esse quærendam, præcipimus, & mandamus, ut pater Provincialis singulo triennio mutet fratres de uno Monasterio in aliud, prout viderit expedire, ita tamen, ut quos viderit alicui Monasterio utiles, aut necessarios esse, ibidem quandiu sibi videbitur dimittat. Porrò fratres, qui de uno Monasterio in aliud vigore huius constitutionis translati fuerint, habeant in illis Conventibus, ad quos missi suerint vocem, stallum, & maioritatem, sicut habent in illis Conventibus in quibus professionem emiserunt: Quod tamen intelligatur si saltem per annum ibi mansuri fuerint.

Nulli Religiosorum pater Provincialis concedat, aut<sup>199</sup> indulgeat exemptionem, indultum, aut licentiam quominus ad observantium mandatorum Prælatorum suo-

rum teneatur, etiam si Religiosus dicat se à Prælato suo iniuste gravari, quandoquidem si ipse Prælatus in aliquo excesserit, in visitatione de ipso facienda corrigi poterit. Idem Provincialis teneatur servare omnes constitutiones, & observantiam Ordinis sicut ceteri Prælati absqueulla prorsus differentia, & sub eisdem poenis, quibus ceteri Religiosi Ordinis tenentur, necnon ordinaciones, & decreta quæ in visitatione Monasterij beatæ Mariæ de Retuerta pro tempore facta fuerint, quemadmodum ceteri Prælati ipsius Provincialis præcepta servare tenentur.

200 Non possit autem Provincialis vlo modo dispensare contra præsentes constitutiones, vel eorum aliquam, nec etiam contra eas, quæ in Capitulo Provinciali, vel privato fient, nec poenas in eis contentas remittere: præterquam in casibus, quibus id sibi per eisdem constitutiones expresse permittitur. Quod si aliter dispensare præsumperit graviter in eum, per Capitulum Provinciale, vel privatum animaduertatur, & nihilominus quicquid taliter ab eo attentatum fuerit irritum, & inane ab omnibus censetur, prout ex nunc irritum, & inane decernimus, & declaramus. Nec aliquos novos ritus, aut cæremenias, mores, aut consuetudines circa cultum divinum, aut monasticam disciplinam, aut statum temporalem Religionis inducere absque consilio, & assensu Capituli, nec Officium suum ante expletum triennium,

nisi

nisi de licentia Sedis Apostolicae dimittere possit.

## DE OFFICIO, ET POTESTATE

Diffinitorum. Cap. II.

201

**E**lecti Diffinidores iuxta formam constitutionis de Capitulo Provinciali in Monasterio de Retuerta apud patrem Provincialem resideant, quia multum id expedit pro commoditate consulendi vna de rebus occurrentibus Religionis, ac etiam decet pro decoro, & honestate patris Provincialis, & ipsorum Diffinitorum. Itaque locum habeant immediate post ipsum patrem Provincialem pro eorum antiquitate, & iuxta eum ad mensam superiorem in Refectorio sedeant, sed nullam præterea superioritatem in Monasterio habeant, nisi quantum pater Provincialis eis expressè concesserit, immo aliqua honesta Officia Monasterij eis, sicut ceteris fratribus Conventualibus à patre Provinciali iniungi possint. Ijdem habeant potestatem dissidiendi res propositas, tollendi impedimenta, quæ occurserint, ac disponendi in omnibus iuxta regulam sancti patris Augustini, ac statuta regularia huius Ordinis, & iura Canonica: verumtamen non possint dissidire nisi tantum eas res, quæ in Capitulo Provinciali per maiorem partem Congregationis eorum dissinitioni remissa fuerint, & si quando ipsi inter se super aliquo negotio non convenerint, eo

casu

casu negotium ad Capitulum Provinciale revertatur, nisi tale negotium fuerit, quod tantam dilationem pati non possit, tunc enim stetur maiori parti votorum, & si fuerint pares, cui Provincialis adhaerit.

**202** Super aliqua constitutione Ordinis sine expressa commissione Capituli Provincialis dispensare non valeant: Quod si dispensaverint sit nullius prorsus roboris, vel momenti, & nihilominus ipsi ea de re in Capitulo Provinciali graviter corrigantur. Ad ipsos Diffinitores una cum patre Provinciali pertinent electiones Abbatum, & Rectoris Collegij Salmantini, necnon Socij patris Provincialis, ac etiam Visitatorum, tam in Capitulo Provinciali, quam medio tempore occurrente vacatione: sed ipsi Diffinitores durante eorum triennium in Abbates eligi non possint. Si aliquis eorum durante triennio decesserit, vel ab Officio amotus fuerit pater Provincialis cum ceteris Diffinitoribus alium in eius locum surrogetur.

**203** Per ipsos Diffinitores videndus, & examinandus est summa cum diligentia status Monasteriorum, qui ad Capitulum Provinciale assertur, de quo relationem in ipso Capitulo facere debent, ut per totam Congregationem intelligatur, & quod necessarium fuerit pro augmentatione cultus divini, & bono Religionis provideatur.

**204** Ad ipsos quoque Diffinitores pertinet recipere rationem administrationis (quam residentia vocant) à pa-

tre

tre Provinciali, Visitatoribus, deputatis, & Secretario patris Provincialis: Determinatio autem visitationum fieri debet in Capitulo, cui debet fieri relatio omnium visitationum referendo substantiam meritorum, processuum, aut visitationum, & alias in omnibus iuxta dispositionem constitutionis de Capitulo Provinciali.

## DE ABBATE, ET EIVS CONSILIARIIS.

Cap. III.

205  
**A**BBATES pēr triennium tantummodo eligantur, qui conforment se in omnibus observantiæ regulari, nec quicquam habeant proprij, nec curam, aut administrationem bonorum, & aliarum rerum etiam temporalium, vel dispensationem reddituum suz domus etiam nomine Conventus sui habeant, sed recipient victū, & vestitū, & omnia necessaria à Cōventu per manus ministrorū ad hoc deputatorum, qui opportunè, & promptè, prout vnicuique opus sit, provideant: specialem verò, & præcipuam curam gerant, vt Ecclesiæ in suis structuris manuteneantur, & reparentur, vbi sint reparandæ, ac mundæ, & decentes conserventur, eisque de omnibus rebus necessarijs, & præcipue de vasculis, ornamentijs, libris, & alijs ad altaris ministerium, & divinum cultum, necnon Officiorū divinorum celebrationem pertinentibus provideatur.

206 Item nullus Abbas, vel Prælatus ædes separatas, neque in clauſtro, neque alibi vſquam habeat, ſed vnicatantum cella, ſive camera ſit contentus, habeat ſupellec-tilem humilem, & modeſtam, nihilque ſuperfluſitatis, aut vanitatis redolentem, & ſi vafa argentea, ſive aurea, aut alterius generis preſtioſa penes eum reperta fuerint ad uſum Eccleſiæ reducantur. Qui verò in hoc reſiſtere ten-taverit, ut proprietarius puniatur.

207 Præterea Abbas non Dominus, ſed Pater appelletur, & fratres inter ſe Reverentia nomine, non Paternitatis utantur; nam Paternitatis honor Abbatii tantummodo tribuendus eſt, & Provincialis titulo Reverenda Pater-nitatis honoretur: fratres autem ipsi Abbatii debitam reverentiam exhibeant, ita ut quilibet ante eum tranſiens ei inclinet: In quocumque loco fratres aliqui ſedērint, ſi Abbas ſupervenerit aſſurgere debent, nec ſedere, donec ipſe ſedeat, vel eos ſedere moneat, ſi autem tranſierit coram eis, aſſurgere debent, & inclinare, & ſtantes perinanere donec tranſierit: In Capitulo per medium Conventum tranſeunti aſſurgere debent, & inclinare, & ſtare donec ſedeat. Quicquid ipsi Abbatii ſedenti librum, vel quicquam aliud obtulerit, illi ſe inclinet: obſerveat etiam debent omnes, ut maxiſtè coram eo in omni habitu ſuo, & moribus disciplinate ſe habeant.

208 Abbas Officia Prioris, Subprioris, Circatoris, & alia Officia Conventus, quibus voluerit iniungat, præter-quam

quam Officia Provisoris, & Consiliariorum, quorum electio ad Conventum pertinet. Primum stallum, & proprium in dextro choro habeat, *Te Deum laudamus*, Antiphonas ad *Benedictus*, & *Manificat* in Festis maioribus primæ Clasib[us] incipere ad processionem in Purificatione sancte Mariæ, Antiphonam, & Responsum, *Accipit*, in Palmis, *Ingredientे Domino*, incipere. In vigilia Natalis Domini in Capite Ieiunij, in Palmis, tribus diebus ante Pascha, in vigilia Penthecostes, & in Festis prædesignatis, in Commemoratione omnium fidelium defunctorum, & in prima die fratris præsentis defuncti, & cum frater aliquis professionem solemnem facturus est, nisi aliquo legitimo impedimento præpeditus fuerit, Missas in Conventu celebrare.

In Purificatione sancte Mariæ Candelas, in Capite<sup>209</sup> Ieiunij cineres, in Palmis ramos, in sabbato Paschæ ignem, & incensum benedicere, & cui ex privilegio Apostolico id competit etiam Novitijs tonsuram clericalem conferre, Capitulum tenere, ad Primam, & Completo-rium, ubicumque præfens fuerit, Confessiones incipere, *Aimæ omnium*, & *Adiutorium*, ubique dicere, & post Cōpietorium benedictionem facere. In Matutinis, & Vesperis, quoties turificatur, benedictionem facere, Obedientias, & Poenitentias gravioris culpæ in Capitulo fratribus iniungere, & absolvere ab eis, cetera potest intus, ac foris iniungere, & absolvere, confessionesque recipere.

re, nec Prior, vel Subprior, aut quisquam alias Religiosus existente in domo Abbatie, audeat pœnitentias injungere, vel ab eis absolvere, nisi id eis ab ipso Abbatie specialiter fuerit demandatum: In Dormitorio dormiat, in Refectorio comedat sedens in medio maioris mensæ, in qua nulli alteri Religioso Ordinis sedere liceat, nisi actu sit Prelatus, superveniente tamen hospite, vel alia causa rationabili ad hoc excusatetur: Quando egreditur socium habeat Canonicum, vel Conversum, prout sibi videbitur, intus, & foris diligenter, & sollicitè caveat ne aliquis coram eo dissolute loquatur, & inhoneste se habeat quocumque modo dum ab ipso valeat prohiberi, sed & si aliquò exiturus est, id Priori, vel alicui fratribus dicat.

210 Nullusque quoque Abbas Pontificalibus ornamentis viatur, nisi hoc ei à Sancta Sede Apostolica fuerit indulatum. Porro Abbas, vel Religiosus ad Abbatiam, vel quamcumque aliam rem ius prætendens, qui prætermissa iurisdictione Ordinis ad extraordinariam Audientiam maximè laicalem confugerit, ibique suum Confratrem in causam traxerit, seu alias ibidem molestaverit, eo ipso absque spe restitutionis sciat se esse depositum, & omnes subditos suos ab eius obedientia absolutos, ac eundem omni iure, quod in ipsa re, vel ad illam prætendebat ipso facto privatum, & destitutum esse, Excommunicationisque sententia, quam in his scriptis contra tales pro-

serimus, eo ipso innodatum, nisi à prosequendo, quod incepit, infra triduum resipiscat.

Præterea nullus Abbas Abbatiam suam, sine authoritate Capituli Provincialis, vel patris Provincialis dimittere possit, sed sicut quilibet etiam invitatus cogi potest præcepto illi imposito ad acceptandum Officium quando illi committitur; ita sub eodem præcepto teneatur exequi Officium Abbatiæ, donec patri Provinciali, aut Capitulo Provinciali aliud visum fuerit: eademque obligatio comprehendat Piores, & alios Officiales respectu suorum Abbatum, à quibus Officia illis iniunguntur. Qui tamen propter honestam causam, & cum assensu Capituli cesserint Prælaturæ, honestè tractentur, eisque debitus honor impendatur, dum tamen Prælati suis, vel Monasterijs le graves non exhibeant, vel onerosos, habentque, vbi cumque fuerint, suum pro antiquitate locum.

Inhibetur Abbatibus, & alijs Prælati huius Ordinis,<sup>212</sup> ne convocationes Secularium, aut comedationes cum eis faciant, cum noviter Ecclesiæ suas intrant, nevè pro hospitibus honorifice tractandis immoderatos sumptus faciant, imò, & ipsa hospitum receptio quantum fieri potest moderetur, & eis ultra duo pulmenta vnum assatum, & aliud coctum non præbeant.

Nullus insuper proprium Canonicum, vel Convener-<sup>213</sup> sum ad aliam domum huius Ordinis transire volentem

ab obedientia sua absolvat, quantumcumque importunus existat, donec ei constiterit, vel aliquo certo modo, vel per litteras illius, ad quem transire voluerit, & debuerit, quod eum velit recipere, & ad obedientiam retinere, & non nisi consulto patre Provinciali: sed nec aliquis Abbas seu aliqua domus fideiubeat pro aliquo, qui non sit de Ordine, nec litteras suas, vel Monasterij sui concedat eidem ad mutuum contrahendum, licebit tamen cuilibet Prælato pro Ecclesiæ sui Ordinis fideiubere cum assensu Capituli Provincialis, vel privati: similiter nullus Abbas, neque subditi vlo modo à quam depositum recipient: Quod si secus fecerint, furti iudicio condemnentur.

<sup>214</sup> Præterea nullus Abbas aliquem de Canonicis suis mittat ad prædicandum pro quæstu: Qui verò contrafecerit à Divinis sit suspensus, & nihilominus in sequenti Capitulo Provinciali puniatur. Omnia autem, quæ non sunt contraria Statutis Ordinis, in dispositione sint Abbatis: qui etiam in levibus pœnis poterit ex iuxta causa dispensare, exceptis illis, quæ specialiter pertinent ad patrem Provincialem, per privilegia, & statuta Ordinis.

<sup>215</sup> In electione Officialium, qui per vota secreta Conventus eliguntur, in qua is, qui plura suffragia saltem ad tertiam partem omnium suffragiorum ascendentia tulerit, electus habetur, ubi paritas votorum evenerit, poscit Prælatus unum ex ijs, qui plura, pariaque suffragia ha-

habuerit , quem maluerit , eligere . In quolibet autem Conventu elegantur , per vota duos fratres ex maioribus , & ysu rerum peritis eiusdem Conventus , qui cum Priore sint Consiliarij , cum quibus Abbas communicet negotia Monasterij .

### DE PRIORE. Cap. IIII.

**P**Rior debet in Ecclesia , in Capitulo , in Refectorio ,<sup>216</sup> & ubicumque processio Conventus fuerit , primum locum in sinistro choro tenere , hebdomadalem Missam facere , nisi in Monasterijs , in quibus sunt decem Religiosi cursum quotidianum Missarum facientes ; nam tunc in illis Prior cursum cum alijs facere non teneatur , sed in omnibus duplicibus Festis , & etiam maioribus , absente Abate , vel alias legitimè impedito , Missam celebret , & Horas teneat , tabulam ad laborem pulset , & fratres illuc ducat , & quando ipse non ierit , Superiori committat . Quod si defuerit Superior , Circactor , dummodo presbyter sit , committat . Quod si Circactor presbyter non fuerit , alicui alij , quem ad hoc idoneum Prior conspexerit , Conventum committat , ut duo tunc sint in Conventu custodes : salvo , quod labores , ubi non est opus laborare , commutentur in alia exercitia honesta iuxta discretionem Praetorium .

Officio illorum , qui extra Monasterium exeunt , vel<sup>217</sup> iter

iter faciunt, vel in Infirmitorio, vel aliqua impeditante fragilitate illud implere nequiverint, ex toto provideat. Ad convocandum in Capitulum fratres cum necessitas exegerit tabulam, & cymbalum percutiat. Nolam Refectorij pulset: si vero contigerit, ut de foris veniens nolam pulsari invenerit, vel versum dici; ingrediatur, Sup-priore, nola sufficienter pullata in loco suo, revertente, & officium suum deinceps exequatur, hoc proviso, quod antequam nola pulsetur, requiratur utrum Abbas pos-fit, vel debet comedere in Conventu. Si in Infirmito-rio iacuerit, restricte se habeat: nec presumat in aliquo plus alijs, nisi causa discretionis sit pro supplendo alieno defectu fuerit ei ab Abbe in iunctum: interea claustrum non egrediatur, nec confessiones recipiat, nisi iussu Abbatis.

**218** Decetero, praesente Abbe, & absente, intus, & foris de omnibus secundum voluntatem Abbatis se habeat, locum eius, nec in Ecclesia, nec in Capitulo occupabit, nec aliquem faciet ordinari, nullum in graviorem culpam mittat, aut ab ea absolvat, Canonicum de Monasterio non emittat, Novitium ad habitum, vel professionem non recipiat, nec confessiones de criminalibus, nisi iussu Abbatis, praterquam a laborantibus in extremis, absente Abbe, audiat: si Abbas in Monasterio non fuerit, sine notitia Superioris, vel alicuius senioris non exeat: cum hospitiis si necesse fuerit comedere, altero secum assumpto, pos-terit, Abbe absente.

Prio-

Priores, & Supprios nullatenus ad metendum, vel<sup>219</sup> vindemiandum mittantur, nec circa exteriora nullatenus occupentur, quominus valeant in interioribus suum Officium exercere. Prior assumpto secum Vestiario, vel alio ex antiquioribus Religiosis scrutetur lectulos singulorum, quando viderit expedire, & si quid invenerit inordinatum inde amoveri faciat, & rei in Capitulo proximiori proclamentur.

### DE SVPPRIORE.

#### Cap. V.

**S**Vpprior debet primum locum in dextrō laterē post<sup>220</sup> Abbatem tenere, & ad ipsum pertinet fratres in choro excitare præsente etiam Priore, & cetera, quæ ad Cantorem pertinent, & Sacristam cum necesse fuerit emendare, in clauistro, tempore lectio[n]is, & ubicumque fuerint fratres, ut ordinatè se habeant, solicite procurare, confessiones fratrum, & infirmorum ubi ei constitutum fuerit recipere. Quando Prior defuerit, ad maiorem in sua parte sedere, & ad gratias solus posterior ire, & absente Abbatem, vel Priore Capitulum tenere. Quod si forte Prior iter faciat, vel in Infirmitorio, vel extra Abbatiam fuerit vices eius intus, & foris per omnia obtinebit, excepto, quod locum eius in Ecclesia non mutabit: si autem Priorem in Conventu adesse noverit, claustrum non egrediatur, nec licentiam det alicui loquendi: si in

Infirmitorio iacuerit, nihil præ ceteris præsumat: Et si quid alicui fratri Abbas, vel Prior prohibuerit; videlicet, cuiquam loqui, dare, accipere, ire, vel medicinas facere, ipse postea non nisi iussus concedat: In reliquis autem, ut unus ex alijs fratribus, per omnia se habeat.

## DE CIRCATORE.

Cap. VI.

**A**d Circatorem pertinet officinas Monasterij horis sibi constitutis circuire, negligentias fratrum, & Ordinis prævaricationes observare, primas proclamations in Capitulo facere, qui nec malitiose, nec pro privato odio proclamet aliquem, nec pro privata amicitia, aut cuiuslibet familiaritatis causa raseat negligentias quorumcumque. Absentes in Conventu post orationem ad Matutinas, in ceteris horis post primum psalmum, hora laboris, & lectionis quærrere, & si non invenerit, Abbatii, vel eo absente, Priori, vel Superiori indicare. Potest etiam post maioris Missæ Offertorium exire, & fratres, qui ad diversa officia remanent intra claustrum, si religiose se habeant videre, adeò cautè, & severè, ut nulli unquam loquatur, sed tantummodo debet studiose scrutari, & inspicere offensiones, & negligentias singulorū: cum autem invenerit aliquos colloquentes, quantū potest in transiendo audire, audiat: numquam claustrum exire debet sine

licen-

licentia, potest tamen aliquando intra officinas, quæ claustro iniunguntur, ad quas ire debet sub tecto, per ostium inspicere, ut videat si quid ibi inordinate agatur, & cum aliquem in Capitulo clamaverit attentissime audiatur, claves etiam claustrum custodiat, & ostia tempore statuto claudat, & aperiat.

122

Circator simul cum Portario, & Sacrista teneatur distinctam clavem singulis ianuis superadere, ita ut quælibet ianua duabus clavibus sit occlusa, & cum nocturno tempore circuierit, lucernam deferat, ut cum necesse fuerit intrando, & exiendo, ante Conventum ponat: sed ut ipse Circator absque impedimento suum officium exequi possit; prohibemus sub poena gravi omnibus, & singulis Religiosis, ne cellas, vel officinas aliquas interius ita claudant, quin ipse Circator cum advenerit statim, & sine difficultate aperire, & ingredi possit. Quod si sacerdos fuerit, Priore, & Supprio absentibus, loco ipsorum Conventum custodiat, Capitulum teneat, & in Refectorio in sua parte comedat ad maiorem mensam: quotiescumque Ecclesiastico officio, lectioni ad mensam ascripus, vel infirmus fuerit, aut iter egerit, Supprior officium eius, si adfuerit, implere tenetur.

## DE CANTORE, ET SVCCENTORE: Cap. VII.

CAN:

**123** **C**antor debet præcipue studere, ut divinum Officium à Religiosis in choro decenter peragatur absque nimia vocis contractione, aut suppressione, aut elevatione, & cum debitiss pausis, & competenti mora, inter intervallo inter finem vnius versus, & principium alterius, stare in dextro choro, & Succendor in sinistro, vnausquisque in suo choro fratres ad vigilandum, & cantandum excitare, negligentias in Antiphonis, Psalmis, Responsorijs, Hymnis, atque Versiculis cantandis commissas vnausquisque in suo choro, & in altero, si alter non emendaverit, corrigere, ut fratres ordinate stent, vel sedeant providere: in Festis duplicibus chorumi custodire, & ad omnes Horas hymnos incipere, & Antiphonas impone. Porro Cantor pro qualibet negligentia, Succendor pro intolerabili, in alterum chorum possunt transire, ac etiam de suo in altero negligentias, si necesse fuerit, emendare.

**124** Cetera verò ad Cantorem pertinentia, præsente Cantore, & exoccupato, Succendor facere non præsumat, quod si defuerit, vel occupatus fuerit, cuncta pro eo compleat. Cantoris est libros Officij sui in Ecclesia prout potuerit distribuere, quid in Ecclesia, & in Refectorio legendum sit præparare: qui etiam curare debet, ut lectio-nes, & alia, quæ in choro cantanda, seu recitanda sunt, per eos, qui ea cantaturi, seu recitaturi erunt, provideantur, & si expedire iudicaverit, coram se legantur, ne post-

postmodum fiat error in choro. Item lectio[n]es, & alia,  
que cantanda sunt, ac Antiphonas post psalmos, & re-  
petitiones post Versum Responsorij incipere, Antiphon-  
nas ad *Benedictus*, & *Magnificat* in Festis duplicibus, Prio-  
ri, & maioribus Festis Abbatii, vel ei, qui fuerit loco eo-  
rum cantando pronunciare, & *Te Deum*, cum versu se-  
quente.

Omnis, qui in Ecclesia erraverint, vel defeccerint in<sup>225</sup>  
Cantu, & Psalmodia per omnia emendare, extra vero  
inunquam presumat, nisi in Capitulo lunam, & lectio-  
nem brevem pronunciando emendare, debet etiam lec-  
tionem brevem dicere. Tribus vero diebus ante Pascha,  
in Rogationibus, in vigilia Penthecostes, in Nativitate  
Domini, & in ieiunijs servitium, & processiones in Festis  
ordinare, & singula Officia in tabulis scribere: Quod si  
aliquid horum, postquam lectio brevis in Capitulo reci-  
tata fuerit, mutare voluerit, illi, quem delet, ac illi, quem  
scribit, indicare debet, horum negligentias per se, vel per  
alium supplere debet, & ad omnes processiones, Versus,  
& Antiphonas incipere, excepto quod si Abbas adfue-  
rit, Antiphonam, Responsum, *Accipit*, & *Ingredientie Do-  
mino*, ipse incipiatur, quas Cantor pronunciet.

In vigilia Paschæ, annos Domini, Epactas concurren-<sup>226</sup>  
tes, Indictiones in cartula scribere, & quinque grana in-  
cenſi cereo affigere debet, ad communicandum infirmū,  
vel vngēdū, quis aquā, quis ignē, quis crucē ferre debeat, &

quæ facienda sunt, & quæ cantanda providere: Ad Officium Defunctorum *Kyrie eleyson*, & Antiphonam incipere, ad Benedictionem, ad Vnctionem, ad Sepulturam librum Abbatii præparare, & ante eum apertum tenere, obitus fratrum defunctorum, septimam, & trigessimam diem, & primum defuncti Anniversarium in Capitulo recitare, in Calendario Anniversaria scribere, & in Capitulo allata legere: si quando Abbas Canonico, vel Converso moriente absfuerit, in primo Capitulo, quo adfuerit, eum commonefaciat, ut eum absolvat. Cantor cum Succentore non loquatur sine licentia.

## DE HEBDOMADARIO INVITATORII;

### Cap. VIII.

**P**rivatis diebus Hebdomadarius debet Invitorium solus cantare, vel alteri committere: privatis diebus cantet solus, & in Festis novem lectionum prænotentur in tabula qui cantaturi sunt. Psalmos intonet, & omnes Hymnos incipiat, Antiphonas ad omnes Psalmos, ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*, imponat: ipse verò Hebdomadarius abscribatur alternatim modò in dextro choro, modò in sinistro, & ex illa parte, *Psalmi*, & *Hymni*, *Magnificat*, & *Benedictus*, & *Kyrie eleyson* ad Missam, præterquam in Festis duplicibus, incipiatur: Quod si defuerit; qui iuxta eum inferius steterit, hæc omnia pro ipso compleat,

si autem in Infirmitorio, vel in itinere fuerit, tunc aliis  
pro eo deputetur.

## DE ARMARIO , ET SOCIO EIVS.

Cap. IX.

228

**A**D Armarium libros chori custodire pertinet, & si sciverit, emendare, Armarium librorum cum necesse fuerit claudere, & aperire, lectiones, si ad hoc idoneus fuerit terminare, libros commodatò accipere, cum necesse fuerit, & libros Monasterij querentibus commodare, sed non sine licentia Abbatis, vel Prioris, absente Abate, & non sine memoriali competenti. Debet etiam notitiam, & numerum habere librorum, qui sunt ei ad custodiendum commissi.

## DE SACRISTA , ET SOCIO EIVS.

Cap. X.

**S**Acristam oportet esse virum in primis Religiosum,<sup>229</sup> valdeque diligentem, ac devotum, qui & confessio-nibus audiendis sit idoneus, & cui secure permitti pos-sit colloquium cum mulieribus de rebus necessarijs tan-tum. Ad eum pertinet sacra vasa, ornamenta, vestimen-ta, Missale, Lectionarium, linteaminia, & cetera utensilia in Ecclesia, & altari necessaria servare, præparare, & quoties opus fuerit, mutare Corporalia, Offertoria, ter-

102

soria, quibus digiti Sacerdotum exterguntur, & pallam altaris super quam extenditur Corporale in vase ad hoc deputato separatum lavare, & singulas lavaturas in piscinam fundens: pallam quidem non benedictam cum ceteris linteis, cui constitutum est lavandam tradat, cetera verò in olla ad hoc deputata aqua cineritia calefacta ipsam abluit, quibus lotis, & diligenter exsiccatis, induit Alba, vel Superpelliceo, farina amidi Corporalia liniat, cetera verò plicata recondat horologij curam habeat, illudque temperet.

30 Ad ipsum quoque pertinet omnia ostia Ecclesiarum quoties necesse fuerit, firmare, claudere, & aperire, lumen quoque semper in Ecclesia, & in dormitorio suis temporibus habere, & ad Matutinas ad chorum asserre. Idem ad refactionem, & Capitulum tandem pulsat, vel pulsari faciat, donec de remotoribus Ecclesiarum officinis possint fratres convenire: Quod si citius, vel tardius, quam debuerit, sonuerit, vel ad Matutinas lumen defuerit, sequenti Capitulo satisfaciat: candelas cereas facere, vel custodire, & in diversis Ecclesiarum locis sufficienter ponere, stoli, & baculum Abbatii quoties necesse fuerit preparare, candelas, cineres, ramos, sal, aquam, & novos fructus ad benedicendum preparare, candelas, ramos post benedictionem cum socio omnibus distribuere, ramos post processionem tollere, & ex ipsis, in capite leuij, cineres preparare, candelas de manibus fratrum post processionem

recipere: Ad vngendum infirmum oleum sacrum, &c ad tergendum stupas, seu pannum lineum preparare, & post tensionem in piscinam ad hoc deputatam comburere.

Ad benedictiones corona forcipes, manutergium, &<sup>231</sup> aquam benedictam preparare, & capillos in aliquo loco Ecclesiaz comburere, similiter hostias faciat, alba, vel superpelliceo indutus, in loco mundissimo linteis cooperto, quod cum reverentia, & sine fabulis, & verbis in honestis, vel otiosis fiat, quæ cum parata fuerint, Sacrista convenientes ab inconvenientibus studiosè secernens in depositario mundissimo conserveret: Quod si forte humectatae fuerint in claustro convenienter exsicientur, pavimenta Presbyterij quoties opus fuerit, ac etiam totam Ecclesiam scopare, parietes Ecclesiaz se in anno admissus tergere.

Debet etiam oblationes recipere, & ipsas in communitatem Monasterij referre: curet autem ipse Sacrista, ut iuxta ordinem, & prescriptum Missalis, & Breviarij Romanii vestimenta, & ornamenta Ecclesiaz, & chori prepararet, habeatque numerum omnium librorum, vasorum, ornamentorum, aliorumque ad Sacristiam pertinentium, & quolibet anno de illis rationem reddat, & quotidie dato signo silentij claves Sacristaz, & Ecclesiaz Abbatii, vel Circatori singulis noctibus consignet. In Sacristia cuiuslibet Conventus apponatur tabella pendens, in qua no-

mina Beneficiatorum, obligationesque ad quas Conven-  
tus tenetur, maiusculis litteris describantur.

## DE PROVISORE, ET ECONOMO.

### Cap. XI.

**A**bbas, & Conventus eligit sibi Provisorem do-  
mus, sive Conventus, qui bona Monasterij exigat,  
& expendat, ac ipsi Conventui de necessarijs provideat  
modo, & forma, quibus, *in cap. de custodia pecunia*, doce-  
tur. Ille verò sit Provisor, cui maior pars Conventus ac-  
cesserit: Introitus quoque, & redditus Monasterij, ve-  
tricum, hordeum, vinum, & huiusmodi non vendantur,  
nisi postquam fuerint collecta, & in horreo, seu cella  
Monasterij recondita, & de omnibus rebus necessarijs  
fuerit ipsi Monasterio provisum, & quando vendiderit,  
non statuat rei vendendæ pretium, nisi prius Abbatæ, &  
Deputatis, maximè in re notabilis pretij, consultis.

Ipsius autem Provisoris officium est de omnibus red-  
ditibus, proventibus, iuribus, obventionibus, & emolu-  
mentis quibuscumque ad Monasterium spectantibus di-  
ligenter curam gerere, grangias, montes, nemora, silvas,  
pascua, vineas, & alia prædia ipsius Monasterij speculan-  
do circuire, ac omnium armentorum, iumentorum, gre-  
gum, pecudum, & aliorum animalium, eorumque far-  
rum, ad ipsum Monasterium spectantium, numerum, &

rationem tenere, colonos, Arendatarios, feudatarios, inquilinos, & quoscumque alios aliquid Monasterio debentes visitare, & congruis temporibus debita ab eis exigere, operarios ad laborandum, famulos ad serviendum recipere, mercedemque eis solvere, ac eos cū oportuerit, dimittere, vel expellere.

Post collectas messes sagaciter perquirere, per experimentum vtrum ad totius anni sumptus annona sufficiat, & ad Abbatem referre, lanam, linum, lac, caseum, & pelles animalium sub fideli custodia tenere, & de illis prout de alijs ad eius administrationem pertinentibus debito tempore rationem reddere: quæcumque circa Monasteria agenda sunt, cum consilio Abbatis, & Consiliariorum, nihil per se, aut de se presumens faciat. Per noctem, vel amplius moraturus sine licentia Prælati non exeat de Monasterio: omnium receptorum, & expositorum singulis mensibus Abbatii, & Depositariis, & in fine cuiuslibet anni rationem reddat iuxta dispositionem cap. de custodia pecuniae, hoc proviso, quod ad ipsum computum anni recitentur omnes receptæ, & expensis totius anni, & Summa debiti, quod debet Ecclesia, & quod debetur eidem.

Quod si ipse Provisor in aliquo ex supradictis defecerit, graviter arbitrio Prælati, vel Visitatorum, aut deum Capituli pro qualitate culpæ puniatur: Porro ultra Provisorem supradictum, in omnibus grangijs, & alijs

alijs p̄redijs Monasterij, quæ procul ab ipso Monasterio per duas leucas distant, ponatur, & deputetur Economus laicus, qui ea colat, & custodiat, eorumque bona, & redditus administret, suæque administrationis rationem semel in anno, & quandocumque Abbatii videbitur, reddat.

## DE CELLARIO, ET EIVS SOCIO.

Cap. XII.

237 IN Cellarium eligatur Religiosus bona samæ, & conscientia, ac de cuius fide, & probitate, ac in regimine Monasterij experientia, quasi certa spes habeatur, quod is bona Monasterij fideliter, & discrete dispensabit. Ad Cellarium autem pertinet ea, quæ victui, tam Canonorum, quam Conversorum, & aliorum in Monasterio degentium necessaria sunt, providere, illaque per se, vel socium suum, prout oportuerit, distribuere: nullis, nisi infirmis, communem cibum, vel potum mutare, vel eis reddere sine iussu Abbatis, vel Prioris, absente Abate, presumat. Verientibus tamen de via in prima refectione aliquid superaddere poterit etiam in Conventu de iussu Abbatis, sive Prioris, absente Abate, dummodo primatus deferatur maiorem mensam tenenti. Panem, vinum, hora competenti, in Refectorio, ad distribuendum preparare, comedentes ad utramque refactionem semel ad minus invisiere, & si cui panis defuerit superaddere, de-

Dor-

Dormitorio, quoties necesse fuerit, & cum ministris comedens de Refectorio exire poterit. De reliquijs ciborum, si quid necesse habuerit, potest accipere, cetera Portario relinquat.

Debet etiam inestate, quando fratres dormiunt, illis qui de itinere impransí veniunt, assistere, & ea, quæ in Refectorio recipienda, vel recondenda fuerint, reponere. Quod si Cellarius defuerit, Subcellarius officium eius per omnia agat: caveat autem omnino, ne quicquam contra voluntatem Cellarij faciat, sed de consilio eius omnia distribuat. Ad ipsius Cellarij officium pertinent Pistores, hortulani, & coqui, qui de officijs suis ad nutum eius omnia faciant, & ijs officinis deputatos nullus ad alias absque licentia eius, & voluntate transmutet, nisi Abbas, vel Prior, sive Provisor iussiterit. Ad matutinalē Missam cum voluerit, & potuerit communicet. Ceterum vbi solent haberi redditus assignati, vel aliqua specialiter legata fuerint pro pitantijs Conventibus sciendis, ea per Depositarios Conventus recipientur, & ad iussum Abbatis, sive in pitantias, sive in alios vias Ecclesias necessarios expendantur.

## DE VESTIARIO, ET SOCIO EIVS.

Cap. XIII.

**A**D Vestiarij curam, & custodiam præficiatur Religiosus diligens, providus, & discretus, qui omnium

S

nium

nium vestimentorum; ac pannorum, opertiorum, calciamentorum, & lectorum, omniumque ad hoc pertinientium diligentem curam gerat, ac de illis, ipsis Religiosis, ac in Refectorio, necnon hospitibus Conventus, quibus, quando, & quoties opus fuerit, ad iussum Abbatis provideat. Idemque illa mundare, & cum opus fuerit, resarcire curet, cameram, & locum, in quibus vestes fratrum reponantur custodiat, omnia, quæ eius cura, & custodia commissa sunt, à pulvere, cum opus est, excutiat, curetque, ne à tineis, vel putredine lardantur, vel corrumpantur, tunicas, & alios pannos fratrum ad ablendum deferat, & ad lavanda, tondendaque capita fratrum lixiviam, & linteamina; necnon forcipes, pectines, novaculae, seu rastoria, ceteraque necessaria præparet, & quæcumque ad solemnitatem Cœnæ Domini in Feria quinta maioris Hebdomadæ necessaria sunt, similiter præparet, eaque in Capitulum deferat.

### DE MINISTRO INFIRMORVM.

Cap. XIII.

**M**inister infirmorum, quem præcipue decet esse misericordem, & compatientem, poterit matutinali Missam audire, & ad eam communicare. Quando infirmus vadit in Infirmitorium, debet ei necessaria afferre, orationes, quæ in Capitulo pro viuis, & mortuis fratribus

tribus iniunctæ fuerint, & quæ in ipso Capitulo de ipsis infirmis proclamata, sive ordinata fuerint, eis referre, cetera vero, quæ ibi dicta, vel facta fuerint, omnino tacere, & cum ipsis convaluerint, & ad Capitulum redierint, si quod in eis reprehensibile, vel inordinatum, quod voluntarie sit actum, deprehenderit, clamare, libros quoque pro dicendis Horis, & sacra lectione in Infirmitorio providere debet, & cum necesse fuerit coram eis, per se, vel alium, Horas, aut lectionem sacram lege. Necesaria à Cellario requirat: si plures comedentes fuerint, & omnia ante se parata habentes ministrare invicem sibi potuerint, tunc ipse perga ad Horam, vel refectionem, vel lectionem, alioquin remaneat.

Quod si unus tantum fuerit, si ipse infirmus voluerit, cum eo remaneat, non solum quando reficitur, sed etiam ad Collationem, & Completorium. Omnipotens autem caveatur, ne infirmi à ministris, vel ab alijs negligantur: pro eorum servitio minister coquinam, & Refectorium poterit ingredi, vestimenta quoque eorum cum necesse fuerit excutiat, & pedes eorum etiam, quando necesse fuerit, laver, & lavari faciat: cum in Conventum redierint, quæ detulerant, referant. Ad curam etiam infirmarum spectat, cum ingravescere cooperit languor infirmitatis, Abbatii, seu Priori denunciare, ut communis pro infirmo fiat oratio.

Cum autem aliquis eorum morti appropinquaverit,  
ad

ad terram super cilicium ponat, & non nisi de permissione Abbatis, sive Prioris super stratum dimitat, & mox tabulam crebris actibus ante ostium Infirmitorij stans feriat, & omnes qui audierint convenient, ut orent pro infirmo. Aquam ad lavandum corpus, si necesse fuerit, calefaciat, feretrum, & coopertoria eius præparet, de sepulchro reportet, & custodiat. Ad ipsum etiam pertinet, ea, quæ sanguinandis infirmis sunt necessaria, præparare, & vas ab ipso sanguine emundare, & servare.

## DE FRATRE HOSPITALI, ET EIVS SOCIO. Cap. XV.

**F**ratris hospitalis cum eius socio curam habeat hospitum ad Conventum advenientium, cum quibus loqui poterit: ad ipsum verò pertinet hospites postquam à Portario præsentati fuerint, in Hospitium ducere, quid, vel quando comedant, quomodo, vel ubi iaceant, providere, & si opus fuerit ad refectionem servire. Porrò supervenientes hospites devotè suscipiens, & hilariter, ac omnibus honorem congruum impendens maximè Religiosis, & devotis, sciatis singulis, prout Religio exigit, morem gerere, & deferre obsequio. In Cœna Domini, ut pauperes ad mandatum bene præparentur, provideat, hospitij etiam illorum infirmorum solicitudinem gerere debet, nisi alijs commissum fuerit faciendum.

DE

DE PORTARIO, ET EIUS SOCIO.  
Cap. XVI.

244  
**A**D custodiendum diligenter clausuram Monasterij fidelis Portarius valde Religiosus, proiectaque aetatis, ad minus triginta quinque annorum, & quinque professionis, vir gravis, & qui facile se à colloquio mulierum, & aliorum secularium expediatur, deputetur, qui portas fideliter custodiat, hora, qua ad salutationem Angelicam serò pulsatur, ianuam claudat, clavesque portarum, singulis noctibus, post clausas debito tempore ianuas, tradat Abbatii, seu Priori custodiendas: claves autem quibus portæ Monasterij clauduntur, nullo modo alteri fratri sint communes.

245  
 Si quis verò repertus fuerit claves clausuræ adulterasse, seu adulterari curasse, per tres annos in carcerem cum compedibus recludatur, ac Feria quarta, & sexta in pane, & aqua ieunet, & septem Psalmos Pœnitentiales cum Litijs dicat. Nullus etiam introducat laicum ad pernoctandum in Conventu, nec mulieres ingredi permittat, neque cum illis diu in porta moretur, sub pœna carceris vnius mensis, cum ieunio in pane, & aqua, & Psalmorum, ut supra recitatione.

246  
 Portarius cum hospes ianuam pulsaverit, aperiat, quis sit, & quid velit humiliter ab eo requirat, & tunc si recipiendum perspexerit, intra ianuam recipiat, & si talis

fuerit persona, ducat eum ad orationem, & illo ibi dimisso, adventum eius, Abbatii, vel eo absenre, Priori denunciet, & iubente Abbatie, vel Priore, illum fratri Hospitali presentet. Quod si de vicinis, & notis aliquis venerit, portam illi aperiat, quid velit interroget, & si Abbatii, vel alij loqui voluerit, si iusta causa fuerit, nunciet, si autem fuerit, qui nec nunciari, nec remanere debeat, ubi Portario visum fuerit, permittatur abire: debet etiam habere panem in cella sua ad distribuendum transeuntibus pauperibus: Qui operetur etiam ad portam, & cum necesse fuerit manere ad portam, non teneatur ire ad Horas.

<sup>247</sup> In festivis autem diebus audiat primam Missam, & frequenter communicet, vel celebret, si sit sacerdos, prout in cap. 1. distin. 3. statutum est: In Parasceve autem cum ceteris crucem adoret in Ecclesia, cum Conventu comedat, nisi de ipso, ab Abbatie, vel Priore aliter fuerit ordinatum. Portario absente à porta, socius interim portam custodiat, & eleemosynam transeuntibus tribuat, vasa ad colligendum ciborum reliquias in coquinam deferat, & pulmenta, sive sercula Defunctorum, & cetera, quæ Cellarius dederit, in ipsis recipiat: qui postquam à refectione surrexerit, debet ad portam pauperibus dare.

<sup>248</sup> Et si quando iter fecerit, aut infirmus, sive aliquo negotio detentus fuerit, socius eius pro eo omnia compleat. Subportario impedito, absente portario, Prior provideat

deat de alio , qui pro eo portam custodiat : vestes etiam pauperum , eo tempore , quo dandæ sunt , ad iussum Abbatis , vel Prioris distribuat : caveant autem Portarius , & eius socius , ne tales intrare permittant , per quos molesteretur Conventus , vel qui Monasterio sint damnoſi , aut sine causa rationabili per officinas discurrant . Dato autem ſigno ad silentium de nocte , Portarius , vel eius ſocius illico claves portarum Circatori , vel Abatti conſignet .

### DE LECTORE MENSÆ.

Cap. XVII.

**L**Ector mensæ , qualibet ſexta Feria , pro ventura<sup>249</sup> Hebdomada , in Capitulo pronuncietur , qui à Cantore quid per Hebdomadam legendum ſit , exquirat , dum dicitur versus in Refectorio , ſtet in ſuo ordine , finito versu , petat in medio benedictionem ſuam inclinans donec finita fuerit , qua accepta , ſi Homiliam ſit lectrurus , incipiat , in illo tempore prætermiſſo , & reliqua , ſequitur Homilia : cum legerit , accommodet aures Abati , vel Priori , ſi Abbas non fuerit , ut ſi quando eum emendaverit , intelligere poſſit : ſi intelligat quid emendet , dicat humiliter , ſi non intelligat , verbum reincipiat , & toties hoc faciat , quoties ſe submoneri perpendet : ſed nullus eum emendet , niſi qui tenet mensam maiorem : finita lectione , claudat librum , ad inclinandū ſine mora

mora descendat, & cum Processione ad gratias discedat.  
Armarius verò, vel eius socius librum referat, qui illum  
ad legendum præparare debet.

## DE PROCVRATORE A QVOLIBET

Conventu ad Capitulum Provinciale mittendo.

Cap. XVIII.

**N** 250 IN quolibet Conventu, per viginti dies, antequam adveniat dies celebrationis Capituli Provincialis, eligatur Procurator ad ipsum Capitulum mittendus, qui sit conventionalis illius domus saltem per annum elapsum, cuius quidem Procuratoris electio fiat per vota secreta omnium Religiosorum Conventus in Ordine sacro constitutorum, qui tamen ad dandum votum impediti non sint: etiam si in hac electione pater Abbas votum non habebit, electionem tamen proponat, ac vna cum duobus Religiōsis ex antiquioribus Conventus vota recipiet. Qui plura vota habuerit, saltem ad tertiam partem omnium votorum ascendentia, ille sit electus, eumque totus Conventus Procuratorem constituat, & mandatum procuratorium à toto Conventu subscribatur.

**N** 251 Facta electione Procuratoris sumantur rationes acceptorum, & expensarum Conventus, ut ad ipsum Capitulum Provinciale per Procuratorem deferantur, quæ hoc ordine describantur: Primò namque per matriculam des-

describatur omnis redditus Monasterij, tam in pecunia,  
& alijs rebus consistens, ac Decimæ, prout cadunt, ac  
alijs proventus, obventiones, & emolumenta, ita ut nihil  
penitus occultetur.

Item ponantur debita, quæ debentur Monasterio, &  
quæ ipsum Monasterium debet, causæque, propter quas  
factum fuit, ut Monasterium illa debita contraheret:  
item quid, & quantum pecunia, ac frumenti in monas-  
terio remanet.

Item quibus in rebus Monasterium fuerit meliora-  
rum, tam in augmento reddituum, quam in ædificijs in eo  
factis. Præterea conficiatur memoriale omnium bono-  
rum Monasterij, tam ad Ecclesiam, & Sacristiam, quam  
ad alias officinas spectantium. Postremò designetur nu-  
merus Religiosorum exprimendo quot sacerdos, & quot  
in singulis alijs Ordinibus constituti sint, quot Novitiij,  
quot Conversi, seu Donati, ac tempus professionis vnius-  
cuiusque.

Et huiusmodi relatio status Monasterij subscriba-<sup>252</sup>  
tur per patrem Abbatem, Consiliarios, & Procuratorem,  
qui supradictis omnibus ordinandis assistet, ut omnium  
rationem in Capitulo reddere possit. Ad hæc quilibet  
Procurator adferat mandatum, & instructionem pro trac-  
tandis rebus necessarijs. Insuper afferat rationem litium,  
quæ illo triennio tractatae fuerint, & earum successus.  
Item afferat petitiones, & memorialia, & quæcumque

T

alia,

alia, quæ Religiosi particulariter ei in Capitulo Provinciali tractanda commiserint, illis tamen prius cum Abbatे communicatis, ac de acceptis vnicuique chirographum tradat. Quæ autem à particularibus sibi commissa fuerint. ea in Capitulo Provinciali, non ut Procurator Conventus, sed nomine illorum particularium proponat, ac bona fide omnem diligentiam adhibeat, ut negotia ipsa bene expediantur, & quid in eis à Capitulo determinatum fuerit, ijs, qui ea sibi commisserunt, referat.

- 253 Forma autem mandati Procuratori, quod Conventus ipsi Procuratori dabit erit huiusmodi: Noverint universi præsens instrumentum visuri, vel audituri, quod in Monasterio N. Ordinis Præmonstratensis Dicæsis. N. Die N. anni. N. omnes, & singuli fratres eiusdem Monasterij profesi, & in Sacris constituti constituimus, & ordinamus nostrum certum, & specialem Procuratorem fratrem N. Presbyterum ipsius, vel alterius Monasterij, ad omnia, & singula facienda, tractanda, constituenda, firmando, infirmando, seu dissentienda, sive revocanda, quæcumque fuerint exponenda, dicenda, tractanda, examinanda, seu dissinienda in Capitulo Provinciali per Abbatēs, & Procuratores eiusdem Ordinis huius Provinciae Hispaniarum celebrando hoc anno in Monasterio N. quæ Generalem Statum totius Ordinis, vel particularem huius nostri Monasterij, & vtilitatem tangent, seu concernere quomodolibet poterunt monasteria, & personas huius

huius Provinciæ: Et quia prædicta vera sunt rogavimus Fratres infra scriptos in Sacris constitutos, ut litteras huiusmodi suis nominibus roborarent, casque sigillo Conventus fecimus sigillari.

## DISTINCTIO TERTIA:

### DE OBSERVANDIS, ET VITANDIS in celebratione Missæ.

Cap. I.

**Q**VANTA cura adhibenda sit, ut sacrosanctum<sup>254</sup> Missæ sacrificium omni Religionis cultu, ac veneratione celebretur; quivis facile existimare poterit, qui cogitat, maledictum in sacris litteris eum vocari, qui facit opus Dei negligenter. Quod si necessario fatemur nullum aliud opus adeò sanctum, ac divinum à Christi fidelibus tractari posse, quam hoc ipsum tremendū mysterium, quo viuifica illa hostia, qua Deo patri reconciliati sumus, in altari per sacerdotes quotidie, immolatur; satis etiam apparet, omnem operam, & diligentiam in eo ponendam esse, ut quanta maxima fieri potest interiori cordis munditia, & puritate, atque exteriori devotionis, ac pietatis specie peragatur.

Hæc igitur omnes fratres sacerdotés diligenter atten-<sup>255</sup> dant, & assiduè meditentur, ac opere completere studeant,  
quo

quo frequentius fieri potest, sacrosanctum Missæ sacrificium celebrando. Nullus autem fratum, qui publicè, & notoriè criminofus, vel in poenitentia graviori sit, sancto altari ministrare, aut Sacris interesse præsumat, & ne superstitioni locus aliquis detur, caveant sacerdotes, ne alijs quam debit is horis celebrent, nevè ritus alios, aut alias ceremonias, & preces in Missarum celebratione adhibeant, præter eas, quæ ab Ecclesia probatæ, ac frequenti, & laudabili usu receptæ fuerint. Si quis autem aliter facere præsumperit poena graviori puniatur.

**256** Verùm, ut omnis sacerdos hoc tam admirabile, ac venerandum sacrificium, sicut decet, peragere sciat, & in eo per ignorantiam, vel imperitiam non peccet, percurrat diligenter regulas in Missali, quod ex decreto Concilij Tridentini à fœlicis recordationis Pio Papa Quinto editum fuit, tam circa ritum celebrationis Missæ, quam circa defectus, qui in ea occurrere possunt, traditas.

## DE SANCTISSIMO SACRAMENTO.

### Cap. II.

**257** **P**Ræcipimus, quod in omnibus Ecclesijs coram sanctissimo Eucharistia Sacramento lampas accensa iugiter ardeat, & Sacrista cuiuslibet Monasterij, estate semel in hebdomada, ceteris verò temporibus, saltem secunda quaque hebdomada illud solemniter renovari curet.

Quod

Quod si in his negligens fuerit pro qualibet vice triduum  
in pane, & aqua ieiunet.

DE CONFESSARIIS, ET CONFESSIONIBVS  
privatis, & sacra Communione.  
Cap. III.

**V**Nusquisque Abbas in suo Monasterio quorannis<sup>258</sup>  
eligit, & deputet aliquot probos, & idoneos Re-  
ligiosos ad audiendum confessiones fratrum, & in Eccle-  
sijs curam animarum habentibus aliquos ex peritioribus  
maturæ etatis sacerdotibus ad audiendas confessiones  
laicorum etiam deputet, qui prius à Provinciali, vel de  
eius licentia à proprio Abbe, ac duobus peritis ad hoc  
deputatis examinati, & idonei reperti, ac approbati sint,  
& approbationem, examinatorum ab eis subscriptam, se-  
cum habeant, & qui ad audiendas sæcularium confessio-  
nes exponentur, etiam ab Ordinariis locorum, iuxta Cō-  
ciliij Tridentini decretum, sint approbati, quibus sic de-  
putatis ipse Abbas committat vices suas, quo ad absolu-  
tionem in casibus sibi bene visis, reservando sibi alios,  
prout viderit expedire.

Omnis autem fratres, tam qui in sacriss, quam in mi-<sup>259</sup>  
noribus Ordinibus tantum constituti sunt, & etiam Cō-  
versi, & Donati saltem semel in hebdomada confiteantur  
peccata sua ipsis Confessariis ex Ordine deputatis, & non

alijs, quippe qui nullam habent iurisdictionem ad eos absolvendos, nisi dum iter agunt.

<sup>260</sup> Præterea omnes in Sacris constituti, qui celebrare non possunt, saltem semel in hebdomada sanctissimum Eucharistia sacramentum reverenter sumant: Ceteri vero saltem semel in mense. Sacerdotes autem celebrare valentes frequentissime celebrent: Atque haec omnia unusquisque Abbas in suo Monasterio diligenter observari faciat. Curet autem Abbas, ut quotidie Confessarij deputati assistant post Primam ad audiendas confessiones fratrum in Capitulo, aut in Sacristia, in quibus locis tantum audiantur confessiones fratrum, nisi aliquis peculiaris casus contingat, ut alibi Confessio audiatur.

<sup>261</sup> In singulis autem Ecclesijs curam animarum habentibus sint ad minus duo Confessionalia pro confessionibus laicorum audiendis, in quibus Patres ad ipsas confessiones audiendas deputati, horis congruis à Prælato statuendis, resideant; maximè vero in temporibus Quadragesimæ, Penthecostes, & Nativitatis Domini. Caveant tamen ne quid à confitentibus pro confessione accipiatur sub poena proprietarijs debita, sed si confitens aliquid eleemosynæ largiri voluerit, id in capsam eleemosynarum mittat.

<sup>262</sup> Modus autem confitendi hic erit servandus: ut penitens de peccatis suis contritus humiliter ad pedes Confessarij genuflexus se presentet, & dicat: *Benedicite. Confessa-*

fessarius autem respondeat: *Dominus, & statim confitens dicat Confessionem generalem, usque ad illa verba, Mea culpa, exclusive, & deinde sua peccata seriatim confiteatur, & finita confessione peccatorum, addat clausulam generalem: de cunctis alijs vitijs, & peccatis meis dico meam culpam, meam maximam culpam: Ideo precor &c.* Tunc Confessarius, iuxta qualitatem peccatorum, & dispositionem confitentis filium in charitate arguat, hortetur, & moneat, vel etiam confortet, prout confitenti viderit opus esse: Deinde penitentiam salutarem pro modo culpa illi iniungat, ac demum, dictis *Misereatur tui Deus &c.* Et indulgenciam, cum absolvat sub hac forma, dicens: *Dominus noster Iesus Christus, qui pro te natus, & passus est, ipse te absolvat: & ego, auctoritate ipsius, te absolvō ab omni vinculo excommunicationis minoris, si indiges, & maioris, si possum, & eadem auctoritate, ego te absolvō ab omnibus peccatis tuis cum circumstantijs eorum, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen.* Et quicquid boni feceris, & mali sustinueris sit tibi in remissionem peccatorum, in augmentum gratiae, & premium vita aeterna. Amen.

263

Abstineant autem confessarij absolvere à gravibus censuris, nisi super hoc à Prelatis facultatem habuerint. Ad hanc inhibemus, ne quis Religiosus, praeter ipsos Confessarios deputatos, aliquem ad confessionem admittat, nec ipsum absolvat praeterquam in mortis articulo constitutum, nisi eidem ab Abbe inunctum fuerit. Insuper qui-

quilibet Religiosus huius Ordinis ter in anno, scilicet, in Natali, & Paschæ Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, ac Penthecoste, aut ad minus semel, prout pater Abbas disposuerit, proprio Abbatii confiteatur, si Abbas commode poterit his vacare.

**264** Qui aliqua præmissorum adimplere neglexerit, arbitrio Abbatis pro modo culpæ puniatur. Ceterum si (quod absit) aliquis Religiosorum adeò suæ salutis immemor existat, ut peccata sua prout superius ordinatum est, non confiteatur, vel cuiquam extra Ordinem confiteatur, careat obedientia nominata, & omni officio, toto tempore vitæ suæ, nisi cum eo per patrem Provincialem, vel eius vices gerentem fuerit misericorditer dispensatū.

## DE MATVTINIS, ET LAVDIBVS. Cap. III.

**265** **O**mni tempore pulsetur primum signum ad matutinum media nocte, præterquam Feria quarta, quinta, & sexta maioris Hebdomadæ, & in festis Corporis Christi, & Visitationis Beatæ Virginis Mariæ cum suis octavis: Nam tunc in occasu solis incipiendum erit Matutinum, ita tamen, vt ubi adest populus, incipiente nocte finiatur, ad evitanda scandala, quæ aliter evenire possent. Quo signo pulsato festinent fratres surgere, Hebdomadario campanæ interim nolam Dormitorij pulsante:

te: tunc devotis orationibus, seu sanctis meditationibus animum suum sacris vigilijs preparantes intentionem ad Dominum convertant, in cellis suis quiete manentes, ibique expectantes.

266

Interim, si pro devotione voluerint, tres sequentes Psalmos cum versibus, & collectis eisdem adiunctis ex antiquo Præmonstraten sis Ecclesiæ more ad hoc inductos devote recitantes flexis genibus. Primum, videlicet, *Qui habitat. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. Et ne nos.* Versus: *Sal vos fac seruos tuos, & ancillas tuas. Domine exaudi orationem. Oremus. Omnipotens sempiterne Deus, qui facis mirabilia. Sucundum Psalmum: Nisi Dominus aedificaverit domum.* Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. Et ne nos. Versus: *Memor esto Congregationis tuae. Domine exaudi. Defende quæsumus Domine. Tertium Psalmum: Voce mea ad Dominum clamaui. Voce mea ad Dominum deprecatus sum.* Kyrie eleyson. Pater noster. Et ne nos. Versus: *Converte Domine usquequo. Domine exaudi. Oremus. Deus qui errantibus.*

Et ad secundam pulsationem exeat ordinatim, & intrent Ecclesiam, ubi horæ Matutinæ devote recitentur, vel cantentur, & cum in chorum venerint inclinent se genua flectentes versus altare sanctissimi Sacramenti, & reverenter super genua collecta cappa vtraque manus: Quæ cappa debet colligi ubicumque inclinaverint, & cum ad sedes suas venerint, stent versis vultibus ad altare, &

267

facto signo à Priore, vel ab eo, qui præst Conventui, cōversi chorus contra chorū dicant: *Credo in Deum, & Pater noster* semel, inclinando per genua, si de aliquo festo agatur, vel iacendo super formas, si tempus fuerit afflictionis, & ad signum Prioris surgant, & versi ad altare se muniant signo Crucis, horaque devotè incæpta, ad *Gloria Patri* inclinet chorus contra chorū, modo prædicto, iuxta quod tempus exegerit, usque ad, *Sicut erat*. Quod faciendum est ad omnes horas diei, & noctis, excepto quod inter duo signa inclinandi, & surgendi à Priore danda, antequam hora incipiatur, dicitur *Pater noster* tantum cum *Ave Maria*.

**268** Sed, & quoties dicitur *Gloria Patri*, post Psalmum, post Versiculum Introitus Missæ, post *Venite*- ad Primam collectam, post communionem, nunquam super formas, sed super genua inclinatur, præterquam cum pro pace, & tribulatione Ecclesiæ, & huiusmodi celebratur. Deinde stent versis vultibus ad altare usque ad *Gloria Patri*- post *Venite*. Et postquam solito more inclinaverint, stet chorus contra chorū, usque ad *Gloria Patri*, post Hymnum: Et tunc vertant se ad altare, quod ad omnes Hymnos sic fiat. Deinde ad primum Psalmum simul sedeant, & ad secundum simul estent, etiam si sub uno *Gloria* dicantur, & ita alternt usque ad finem: similiter fiat ad omnes Horas, excepto cum Psalmus *Confitemini* est secundus ad Primam; tunc enim statur ad primum Psalmum, ut alter-

natio habeat cursum suum: hoc tamen observandum est: in choro vbi Psalmus incipitur, nullus sedeat, donec finitus fuerit primus versus.

Fratres, qui de Matutinis exēunt pro necessitate defērunt secum lumen, si voluerint. Iuniores autem, qui stant ad formam, & si qui fuerint, de quibus Abbas iusserrit, certa hora simul exeant de Matutinis, & simul redeant cum lumine, & custodia duputata. Qui præsente Conventu chorū intrant, vel exēunt, in medio choro prius inclinent ad altare, deinde versus chorū capucijs depositis.

Et notandum; quòd, vel de choro, vel de Conventu <sup>270</sup> ubicumque sit, alicui claustralium sine licentia exire non licet: Nec quando cantatur *Evangelium*, *Benedictus*, *Nunc dimittis*, *Alleluia*, *Veni sancte Spiritus*, *Adiuva nos Deus salvatoris noster*, Et ad *Gloria patri*, in horis Canonicis nullus præsumat intrare, vel exire chorū. Quando Abbas per chorū transit, inclinent ei omnes ante quos transit, cum verò chorū intrat per ostium, quod est inter sedem suam, & sedem Prioris, fratres qui in vitroque choro sunt, ei inclinent.

Qui legunt ad Matutinas, dicto *Iube Domine*, inclinent se ad benedictionem, & viua voce apertè, & distinctè legant ad intelligendum, & attentè, & sine spiritu; & postquam legerint, veniam pro tempore in medio choro peuant, manu, videlicet, si de festo agatur; sed cum genuflexione,

xione, si tempus fuerit afflictionis: similiter qui cantaverint in ipso loco, quo cantaverint. Cui Antiphona imponitur, inclinet imponenti, & post primum versum Psalmi versus altare inclinet.

372 Cum vero Te Deum- Benedictus. Magnificat, & Nunc dimittis in Horis Canonicis cantantur, nullo capite, & sine reclinazione stent, nisi fuerint debiles, vel senes. Ad Virginis uterum, & ad pretiosos sanguine, ad gloriofa quoque nomina, Iesu, Maria, & ad Gratias agamus Domino Deo nostro in Praesatione, & Sit nomen Domini benedictum, ubique in Conventu pronunciantur, reverenter inclinent.

373 Ad Collectas etiam in omnibus Horis Canonicis quando tempus prostrationis non est, similiter inclinent. Si vero tempus prostrationis fuerit, statim ad Kyrie eleison genua flectant, iacentes super formas usque ad Per omnia secula, prime Collectæ. Hebdomadarius vero ad Vesperas, & ad Matutinas ante Dominus vobiscum surgens, & stans in medio chori cantet Collectam, ad alias vero Collectas, si quæ fuerint, stent erecti usque ad finem, nisi quando pro pace, vel tribulatione Ecclesie, vel pro infirmis, vel itenerantibus, vel alijs fiant Collectæ speciales, quia tunc ubique, etiam in Missa, & Vesperis prostrati iacebunt super formas: In alijs vero Horis, tam diei, quam noctis manebit idem Hebdomadarius Collectam, seu preces cantans, sicut, & ceteri, prostratus: in Vesperis tamen idem fiet, sicut in Matutinis.

Finitis Matutinis fratres saltem per dimidiæ horæ spatium orationi mentali vacent, iuxta illud Prophetæ: *In Matutinis meditabor in te: & idem servetur etiam post Cōpletorium.* Nulla verò privilegia, vel indulta etiā Apostolica quibuscumque, etiam sub quavis verborum forma concessa, & in posterum concedenda, cuiquam suffragentur contra hanc constitutionem de Matutinis media nocte recitandis.

## DE PRIMA, ET MISSA MATVTINA:

Cap. V.

**P**rovidendum est, ut pro varietate temporum Prima sic pulsetur, ne fratres tardius quam debent surgant ad orationes, quæ prima diei hora persolvendæ sunt: dato itaque signo ad primam surgant fratres, & intrent Ecclesiam ordine, quo ad Matutinas dictum est, & antequam hora incipiatur, signo ab Abbe doto, dicant *Pater noster* inclinati pro tempore, vel prostrati, & ad signum Abbatis erecti se signent signo crucis, quod debet fieri ad omnes horas diei.

**Q**ui ad primum Psalmum non occurrerit, satisfaciat stans ad gradus Presbyterij, donec signum fiat ab Abbatte, vel ab eo qui præst Conventui, quo facto profundè inclinans, veniam cum manu, vel genuflexione, prout tempus exegerit, ibidem petat, & tunc ad locum suum

redeat, orationem ibidem facturus, & veniam prout tempus exegerit iterato petiturus: Quod ad omnes horas diei, & noctis diligenter observandum est. Ad ultimum autem Psalmum Sacerdos, qui Missam matutinalem celebraturus est, cum suo ministro exeat, quæ Missa matutinalis semper sit pro Defunctis, præterquam in diebus festis, in quibus servetur ordo Missalis Romani, & quotidie statim post Primam celebretur, prout hactenus confuevit.

¶ 77 Post Primam diei dicatur Prima de Sancta Maria, & subsequenter Pretiosa, & post lectionem brevem, & obitus Religiosorum, & animæ omnium defunctorum, dicant fratres suas culpas, vel si Circulator eas proclamet, & in eam correctione servetur ordo Capituli sextæ Feriae, ut infra, & si negotia concernentia fratres, aut statum Religionis, vel domus tractanda fuerint, tractentur post correctiones, & ante absolutionem, quæ sit sub hac forma: Animæ eorum &c. Et deinde dicatur, Adiutorum nostrorum cum reliquis, ut in Breviario.

## DE MISSA MAIORI, ET MODO IN SINGULIS HORIS OBSERVANDO; ITEM DE PROCESSIONIBUS.

Cap. VI.

¶ 78 **Q**uotidie Missa maior debita hora solemniter cantetur, circa Horas autem Canonicas hæc serventur,

ut in omnibus festis maioribus Matutinum cum Laudiis, ac Prima, & Tertia cantentur alta voce: Sexta vero dicatur in tono, nisi fuerit dies ieiunij, tunc enim Tertia dicatur in tono, & Sexta cantetur. Nona in aestate cantetur, in hyeme autem dicatur in tono: Vesperæ, & Cōpletorium semper cantentur. In Festis autem duplicibus secundæ Classis Matutinum dicatur in tono, sed primum nocturnum, aut Laudes cantentur, reliqua vero, ut supra in Festis maioribus ordinatum est.

In semiduplicibus Matutinum dicatur in tono, Pri-<sup>279</sup>ma, & Tertia, vel Sexta (si fuerit dies ieiunij) cantentur, Nona in aestate semper cantetur, in hyeme vero dicatur in tono, Vesperæ, & Completorium cantentur. In simplicibus, & Ferijs cantetur tantum Prima, & Vesperæ, & Completorium, reliquæ horæ in tono dicantur cū decenti pausa: Atque in omnibus supradictis omnino servetur ordo Breuiarij Romani iussu felicis recordationis Pij Papæ Quinti editi.

<sup>280</sup> Processiones quoque sicut tempore, & modo per dictum Breuiarium ordinatis. Ad singulas horas primum signum pulsetur saltem per spatiū quartæ partis unius horæ, & sic sit intervallum alterius quartæ partis horæ à primo signo usque ad secundum, quod duret per octavam partem horæ. In duplicibus autem Festis pulsetur dupli campana: In semiduplicibus vero, & ferijs simplici,

DE ANNIVERSARIIS GENERALI-  
bus, & privatis.  
Cap. VII.

281 **A**niversaria generalia, quæ ex Ordinis instituto quo-  
tannis celebrari solent in diebus sancti Gregorij,  
ac santissimæ Trinitatis in uno quoque Monasterio so-  
lemniter celebrentur post Vespertas die Festi, scilicet, cum  
Vesperis, ac tribus nocturnis, & laudibus Officij pro De-  
functis, & sequenti die celebretur Missa solemnis pro De-  
functis, alia verò anniversaria privata, & Officium De-  
functorum integrè suis temporibus celebrentur iuxta  
obligationem Monasterij.

QVÆ OBSERVARI DEBENT IN  
obitu cuiuslibet Religiosi Ordinis.  
Cap. VIII.

282 **D**ecedente aliquo Religioso Ordinis sepeliatur à  
fratribus Conventus in quo decesserit, cum disci-  
plina, & Psalmis pœnitentialibus, & si defunctus fuerit  
conventionalis Conventus, in quo decessit, tunc ibi, alio-  
quin in Conventu, cuius erat conventionalis, nono, & tri-  
gesimo diebus obitus fiat pro eo plenarium Officium De-  
functorum, & quotidie durantibus ipsis triginta diebus,  
apponatur portio panis, & vini, ac aliorum cibariorum  
in

in Refectorio in loco vbi sedebat Defunctus, quæ portio postea detur pauperibus, & quilibet sacerdos illius Conventus, in quo Defunctus erat conventionalis, teneatur intra dictos triginta dies celebrare tres Missas pro eius anima. Choristæ verò semel Psalterium, conversi autem, & Donati quingentis vicibus orationem Dominicam cum salutatione Angelica recitare teneantur. In ceteris verò Monasterijs illius Provinciæ, quilibet sacerdos teneatur unam Missam intra quindecim dies à die habitæ notitiæ, pro eo celebrare. Quilibet verò Chorista integrum Officium Defunctorum, Conversus, & Donatus centies, & quinquagies orationem Dominicam cum salutatione Angelica recitare.

Decedente autem aliquo Abate in quolibet Conventu eius Provinciæ, pro eo fiet, quod pro quolibet fratre conventionali supra ordinatum est. Sed, ut obitus Religiosorum quamprimum ad notitiam aliorum Conventuum eiusdem Provinciæ veniant, mandamus Abbatì, sive Præsidenti Monasterij, in quo aliquem Abbatem, seu alium Religiosum decidere contigerit, ut cum primum poterit, & saltē infra quindecim dies id patri Provinciali, aut Præsidenti Monasterij Retuertæ significet, ut inde alijs Monasterijs intimetur, & notificeatur, ut habita notitia obitus, quæ superius ordinata sunt in uno quoque Monasterio peragantur.

DE SPOLIIS RELIGIOSORVM EXTRA  
proprios Conventus decedentium.

Cap. IX.

**S**i quis Religiosus extra Conventum, in quo professus est, decesserit in alio Conventu Ordinis existens ibi Abbas, vel Conventualis, eius habitus, ac alia supellectilia remaneant in Monasterio, in quo decesserit: libri vero, quos ex Monasterio, in quo professus est, secum attulerit, non autem illos, quos ex redditibus aliorum Monasteriorum emerit, ac scripturæ, & bona hæreditaria pertineant ad Monasterium, in quo professus fuit, at si decesserit in Monasterio, in quo neque professus, neque conventionalis sit, omnia bona per eum relicta ad Monasterium, in quo professus est, tamquam ad illud spectantia, deferantur.

DE CAPITVLO SEXTÆ FERIÆ.

Cap. X.

**Q**Valibet sexta feria post Primam maiorem, Sacrista ad Capitulum pulset signum, quo pulsato omnes qui desuerint convenient, & ordinate intrent Capitulum, quod celebrabitur in choro, & ingredientes singuli suo ordine, versus altare sanctissimi Sacramenti inclinent, & cum omnes ad sedes suas venerint, omnibus

stantibus dicat Lector: *Iube Domne benedicere, & Hebdomadarius, vel Abbas, si ipse defuerit, dicat hanc benedictionem: Dies, & actus nostros &c.* Et Conventus respondeat. Amen.

Deinde sedentibus omnibus, Lector legat lectionem brevem, & obitus, si legendi sunt, postea pronunciet fratres, qui in tabula notati fuerint, ad omnia officia in illa hebdomada exercenda, & qui nomen suum audierit, surgat, & reverenter se inclinet, si quis autem postquam fratres refederint, Capitulum ingressus fuerit, prius versus sanctissimum Sacramentum se inclinet, & antequam resideat, fratribus, inter quos sessurus est, versus sedem suam inclinet.

Quibus expletis Abbas, vel qui Capitulum tenet, absolute dicat, *Benedicite,* & respondentе Conventu: *Dominus, continuo prostrati in medio Capituli veniam petant, incipiendo a iunioribus, confitendo culpas ordinarias, quibus dictis, omnes accipient disciplinam corporalem recitantes alternatim Psalmum Misere mei Deus, aut alios prout Abbas dispositerit, & quorum culpa talis est, quæ digna est correctione particulari, præparet se ad correctionem, & confiteantur humiliter culpam suam, tam altè, ut ab omnibus possint audiri.*

Nullus tamen de occultis in Capitulo confessionem facere debet, quam correctionem Abbas, vel qui Capitulo præterit, faciat. Induti autem iterum se prosternant donec

donec eis pœnitentia iniungatur. Tunc iubente Rectori  
Capituli surgentes humiliant se versus sanctissimum Sa-  
cramentum, & cum ad sedes suas venerint, iterum, sicut  
suprà dictum est, humiliant se, ubi sedere debent: hoc  
quoque sciendum est, quod ille, qui inferioris gradus est  
non verberabit eum, qui superioris gradus est, ut Diaconi-  
nus Sacerdotem, sed æqualis æqualem, vel superior infe-  
riorem. Abbas tamen, vel qui præst Capitulo, si volue-  
rit suscipiat correctionem à Priore, vel Subprio, & ip-  
sam correctionem suscipiens profus taceat, sed neque  
alius interim loquatur.

**289** Qui autem aliquem proclamaverit, simpliciter absque  
aliquo circuitu verborum, dicat, ille fecit hoc, sed qui  
proclamatus fuerit, statim, ut audierit nomen suum, non  
respondens surgat, & veniam petat patienter expectans  
quid frater suis super eum proclamare habet, quod si  
proclamatio calumniosa, vel erronea fuerit, eo casu pro-  
clamatus, petita venia à Prælato, paucis verbis causam  
suam, remota omni contentione, iustificet, proviso ne  
plures quam duo, vel tres simul super diversis excessibus  
proclamentur, ut culpx proclamatorum cum discrecio-  
ne maiori valeant iudicari, nisi aliter Prælato videbitur  
expedire.

**290** In Capitulo nunquam fratres loquantur, nisi culpas  
suas, & Circator suas, & aliorum breuiter dicendo, aut  
Prælati suis breviter ad interrogata respondendo tan-

tummodo, nisi aliquid de necessarijs, & honestis secreto in aure tenentis Capitulum fuerit sugerendum: Nullus faciat proclamationem super aliquem ex sola suspicione, sed de eo tantum, quod viderit, vel à fidedignis audierit. Quod si proclamatione facta super aliquem, ille in ipso iudicio verberandus fuerit, caveat qui Capitulum tenet, ne ab eo verberetur, qui eum proclamavit, vel quem ipsem proclamavit.

Quando Abbas iniunxerit fratribus aliquam orationem communem omnes inclinent, similiter omnes, quibus aliquid iusserrit facere. Si vero aliquam obedientiam alicui iniunxerit, is prosternens se humiliter suscipiat, quod ei fuerit iniunctum, quam si accipere protrevè contempserit, vel receptam dimiserit, aut exequi noluerit contumaciter, careat obedientia nominata toto tempore vita sua, nisi per patrem Provincialem, vel eius vices gerentem cum ipso fuerit dispensatum. Quod si aliquis Episcopus, vel alias Prælatus Ecclesiasticus, aut persona insignis aliquando Capitulum intraverit, tunc assurgententes ei omnes inclinent, cum ante eos transierit, & si fraternitatem quæsierit, assurgentibus omnibus concedatur ei per librum. Quod si inferioris conditionis fuerit, qui petierit fraternitatem, concedatur ei sedendo.

Tractatis igitur, quæ tractanda sunt, surgant omnes, & dicatur Psalmus De profundis pro Episcopis, parentibus, fratribus, sororibus, ac benefactoribus Ordinis in

sextis Ferijs tantum, nisi fuerit duplex festum, quo casu,  
nec disciplina detur, nec dicatur *De profundis*, & quo-  
cumque die evenerit Festum duplex, eo die non dicantur  
obitus, sed anticipentur in die præcedenti, etiam si  
plura festa duplicita subsequantur, ut in Nativitate Do-  
mini, & alijs, quæ occurunt per annum, alijs diebus ex-  
tra sextas Ferias dicatur tantum, *Animæ eorum*. Deinde  
qui tenet Capitulum dicat: *Adiutorium nostrum in nomine  
Domini. &c.* Et responso ab omnibus *Qui fecit Cælum, &  
Terram,* incipiat Cantor solemniter Antiphonam *Salve  
Regina*, vel aliâ pro tempore cum sequentibus, ut in Bre-  
uiario Romano.

**293** Cum autem Capitula privata huiusmodi, & inter  
fratres tantum, nullis extraheis admissis, ac maiori, qua  
fieri possit, quiete, ac dovitioñe fieri debeant; Portarius  
eo tempore claudat omnes portas, nec permittat aliquem  
extraneū cuiuscumque dignitatis, & præminentia fuerit,  
absque expressa licentia Abbatis, vel Præsidentis Capitu-  
lū introire, sub pœna ieunij triū dierū in pane, & aqua.

**294** Quod si contigerit aliquem extraneum, sive Præla-  
tum, sive quemcumque alium, etiam laicum, legatis, &  
Nuncijs Sedis Apostolicæ dictata sat exceptis, in Capitu-  
lum introire absque permissione Abbatis, seu Præsidentis  
ad tractandum de aliqua re, tunc Rector Capituli dicat  
statim: *Adiutorium nostrum in nomine Domini, &c.* et Con-  
ventus surgat, & exeat.

# DE DISPENSATIONE TEMPORIS

in hyeme. Cap. XI.

**A** Festo exaltationis sanctæ Crucis mensis Septembris usque ad Pascha Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi pulsetur ad Primam hora sexta cum dimidia de mane, ita ut hora septima incipiatur Prima.

Ad Missam maiorem pulsetur hora nona, ita ut hora nona cum dimidia incipiatur Officium, sed in diebus ieiunij pulsetur ad Missam maiorem hora decima, medio autem intervallo temporis à Prima usque ad ingressum Missæ Sacerdotes præparent se ad Missas celebrandas, ceteri verò Religiosi eis ministrent, aut in alijs honestis exercitijs intra clausuram occupentur iuxta dispositiōnem Prælati.

Post Missam maiorem, & Nonam, si ante refectiōnem dicenda fuerit, statim pulsetur campana ad refectiōnem, qua finita, post actionem gratiarum dicatur Nona, praterquam in diebus ieiunij, in quibus ante refectiōnem dicitur.

Post refectiōnem, & Nonam Religiosi honeste alicui occupationi vacent, aut in suas cellas se recipiant. Hora prima post meridiem pulsetur campana ad lectionem de casibus conscientiæ, vel alijs rebus ad eruditionem, & instructionem Religiosorum pertinentibus, quæ habeantur in Capitulo, aut alio commodiori loco, & duret saltem per dimidiam horæ spatium.

Fin.

**297** Finita lectio occupentur Religiosi in aliquo honesto exercitio laboris, prout disposuerit Prælatus. Deinde ad Vespertas pulsetur hora secunda cum dimidia, & hora tertia incipientur Vesperæ. Post Vespertas Religiosi vacant lectioni, aut studio sacrarum cæremoniarum, iuxta ordinem Missalis, & Breuiarij Romani, ac regularia instituta, seu lectioni Cantus.

Hora quarta cum dimidia pulsabitur primum signum ad Completorium, quo pulsato, Cellarius pulset cymbalum ad coenam, & post coenam fratres proceſſionaliter cum gratiarum actione eant in Ecclesiam, & finita gratiarum actione immediate incipient Completorium.

**298** Singulis autem diebus omnes fratres simul dimidia hora post completorium vacabunt orationi mentali, aut vocali secrete. Ut autem habeant fratres super quo meditentur, qui præstent Conventui legat aliquid ex aliquo libro spirituali ad excitandum devotionis servorem in fratribus, & postquam cessaverit legere det signum, & statim omnes prostrati humiliter, & cum toto cordis affectu, & devotione meditentur aliquid, prout ynicuique Deus suggesteret ex lectione, quam audierint, nec quisquam absit ab hac oratione sub poena triduani in pane, & aqua ieunij, nec Prælatus det licentiam sine gravi necessitate ab oratione se subtrahendi. Et idem fiat post Matutinum, aut post Nonam, tempore, quo dicitur post meridiem.

Si

Si rigor hyemis postulet poterit Praelatus dare fra-<sup>299</sup>  
 tribus licentiam ingrediendi calefactorium, vbi cum si-  
 lentio, & honeste possint manere per spatium quartæ  
 partis horæ, vel ad summum dimidiæ horæ, & tunc, cum  
 dimidiæ horæ mora fuerit, interiùm legatur, vel propo-  
 natur aliquid Religiosis conueniens, & tunc pulsetur  
 campana, ut unusquisque ad suam cellam se recipiat, nec  
 ab ea hora, vsque ad Primam diei sequentis, liceat cui-  
 quam Religioso exire è clauistro sub pœna ieiunij unius  
 diei in pane, & aqua, exceptis obedientiariis, qui ad sua  
 officia exercenda claustrum exire possint. In idem quo-  
 que calefactorium, si rigor hyemis id exigat, liceat Sacen-  
 doribus summo mane aliquantispèr, ac etiam post pran-  
 dium per modicum tempus, quod dimidium horæ non  
 excedat, ad calefaciendum se intrare, ibique silentium  
 tencant.

## DE DISPENSATIONE TEMPORIS,

in Quadragesima.

Cap. XII.

## DE DISPENSATIONE TEMPORIS

**A** Secunda Feria post Primam Dominicam Qua-<sup>300</sup>  
 dragesimæ pulsetur ad Primam hora sextade mane,  
 & inde ad dimidiūm horæ incipiatur Prima, qua finita,  
 statim recitentur Psalmi Pœnitentiales, & sublequenter  
 dicatur Tertia. Hora nona pulsetur ad Sextam, qua in-  
 cipia-

cipiatur hora nona cum dimidia, & immediatè dicatur Nona, & post Nonam statim celebretur Missa maior, & immediatè post Missam dicantur Vesperæ, & post Vesperas pulsetur statim ad refectionem.

**301** Post refectionem usque ad secundam horam post meridiem stent Religiosi in clausura honestis aliquibus exercitijs occupati. Hora secunda pulsetur ad lectionem, ut supra dictum est, & post lectionem incumbant labori usque ad horam tertiam cum dimidia, & inde usque ad quintam horam fratres conferant inter se de sacris ceremonijs, & habeatur lectio de ratione Cantus, & in his fratres eo tempore se exerceant.

**302** Hora quinta pulsetur ad collationem, à collatione usque ad Completorium præparent fratres Matutinum, & quæ in eo cantanda, & recitanda fuerint. In occasu solis pulsetur ad completorium, & eo dicto, vacent fratres orationi mentali, & deinde unusquisque ad suam cellam se recipiat ordine supra in capitulo præcedenti disposito, oratione peracta.

### DE DISPENSATIONE TEMPORIS in æstate Cap. XIII.

**303** **A** Paschate Resurrectionis usque ad festum exaltationis sanctæ Crucis de mense Septembribus pulsetur ad Primam hora quinta cum dimidia, ac incipiatur in hora Sexta.

Sexta. Post Primam præparent se Sacerdotes ad celebrandas Missas, & reliqui eos adiuvent, tempus autem, quod supererit usque ad Missam maiorem omnes impendant honestis exercitijs, vel in eo, quod eis à Superiori mandatum fuerit.

304

Ad Missam maiorem pulsetur hora octava cum dimidia, nisi fuerit dies ieiunij, tunc enim pulsetur hora nona cum dimidia, & inde ad dimidiā horām incipiatur Officium divinum, & successivè Missa.

Post Missam pulsetur ad refactionem, & post refactionem manebunt in clauistro usque ad Nonam. Medio autem tempore fratres ad sonum nolare, quæ hora undecima pulsabitur, recipient se in cellas suas, vel in dormitorium cum summo silentio.

Hora prima post meridiem pulsabitur ad Nonam, & statim post Nonam habebitur lectio, & post lectionem fratres alicui honesto exercitio intendant usque ad Vespertas, hora secunda cum dimidia pulsetur ad Vespertas, & hora tertia incipiatur. Post Vespertas habeatur lectio de ratione Cantus, & de cæremonijs.

305

Hora quinta pulsetur ad coenam, post coenam vero usque ad Completorium fratres vacent, alicui honestæ occupationi, vel recreationi ad dispositionem Prælati. Paulo ante occasum solis pulsetur ad Completorium, & in ipso occassu incipiatur, & post Completorium habeatur oratio mentalis ordine supradicto, & deinde

fra-

fratres recipiant se in dormitorium cum summo silentio non egressuri claustrum usque ad Primam sequentis diei.

### DE SOLEMNITATE MANDATI in Cœna Domini Cap. XIII.

**307** **V**estiariorum, vel eius coadiutor præparet ea, quæ ad solemnitatem Mandati sunt necessaria, quam pater Abbas cum omnibus Religiosis peragat iuxta Ordinis regulam, & institutum. Qui pedes lavant, & quibus lavantur, post ablutionem sibi invicem inclinent, simili-  
ter qui terserint, & quibus terguntur. Porro discalciati fratres obseruent quantum possint ne pedes nudi appa-  
reant, sed sub vestibus recondantur, nec sedendo vesti-  
menta defluant, sed aptè se componant.

**308** Ante lectionem omnes sint calciati, expleto itaque mandato, & ablutis manibus, & vasis, reponant vasa, & tertia vbi reponi solent, & sic ad loca sua in Capitulo revertantur, & pater Abbas, aut eo absente, vel im-  
pedito, Prior preces, & collectas mandati compleat. Sa-  
cerdotes vero qui ministrant Mandato sint in albis, &  
succinti, alij autem ministri in Scapularibus suis.

### DE SILENTIO SERVANDO, ET de ingressu in cellas Cap. XV.

**S**ilentij duo sunt gradus, primus est eius silentij, quod <sup>309</sup> semper servari debet in Ecclesia, & in choro, in Refectorio, dormitorio, & claustrō, in quibus locis, non nisi ex necessitate, & submissa voce, loquendum erit, qui autem hoc silentium fregerit, si proclamatus fuerit, recipiat correctionem in Capitulo, & ieunet uno die in pane, & aqua: si verò non fuerit proclamatus, sed sponte veniam postulaverit, correctionē evadat, non tamen ieuniū.

Secundus gradus silentij est, quod dicitur summum, <sup>310</sup> silentium, quod servari debet in locis supradictis post pulsationem campanæ post refectionem usque ad primū signum Nonæ, inestate, & semper post Completorium usque ad Primam diei sequentis, quo tempore nullus Religiosus se sistat ad colloquium cum alio, sed nullo tempore quisquam, excepto Prælato, in cellam alterius intret sine licentia Prælati sub poena ieunij vnius diei in pane, & aqua in solo Refectorij, & amplius, iuxta gravitatem transgressionis, augeatur, vel multiplicetur poena ad dispositionem Prælati, liceat tamen pro necessitate luminis, aut aquæ, vel alicuius libri, sive alterius rei necessaria accedere ad portam alterius Religiosi ad petendum rem, qua indiget, absque alia detentione in colloquio, si fuerit tempus silentij, cellam quoque Prælati quolibet tempore ingredi licebit: Omni autem studio, & diligentia cureret unusquisque Prælatus in sua domo hæc pro observantia Religionis quam diligentissime observari.

## DE LABORE.

## Cap. XVI.

**A**bbas arbitrio suo laborem disponat prout viderit expedire iuxta qualitatem vniuersiisque Religiosorum, ita quod si expedire iudicaverit, permittrat, quos vuluerit, ad studendum, legendum, vel scribendum, aut alijs honestis operibus incumbendum in sua cella: horam autem laboris Prior, vel eo absente, Subprior tabula pulsata indicari faciat, & tunc ad laborem citò convenienter omnes fratres, exceptis infirmis, & varijs officinis deputatis, vel alias iuxta de causa excusatis, seruitor etiam infirmorum, nisi apparatu eorum detentus fuerit, Cantor, Sacrista, & Magister Novitiorum, & Hospitalis, sicut alij convenienter, nisi aliquos eorum Abbas pro maiori occupatione absolverit.

Si quis pro aliqua necessitate manere voluerit ostendat causam Priori, & quod iussiterit faciat. Quod si iussiterit remanere, provideat Prior illi fratri remanenti quid facere debeat, postquam illud impleverit pro quo remanet: si vero Abbas, vel Prior aliquem retinuerit, qui retinetur signum ei faciat, qui fratres ad laborem dicit, & si ante laborem non potuerit, insinuet ei post laborem. **Q**uicumque præter supradictos casus ad laborem non venierit, disciplina cum correctione, & penitentia Psalmorum quos placuerit ei, qui Capitulum tenebit, ei detur,

ser-

ferramenta queque, & alia instrumenta ad laborem necessaria Prior provideat, prout viderit expedire. 313

Exeentes autem, & redeuntes unus post alium sequatur Priorem, vel quem ipse iussit, subsequatur vero Sub prior Conventum, vel ille, cui visum fuerit, pervenientes quoque ad laborem, non multiplicent inter se signa, nec presumant loqui, nisi forte de ipso labore breuiter, & necessario, ac silenter seorsum a fratribus cum Priore, sed Prior raro loquatur, absente Abbatem, presente vero ob reverentiam ipsius rarissime, non repausent, nec digrediantur aliquo quacumque necessitate sine licentia, sed si contigerit digredi expleta necessitate citius, & in silentio revertantur.

Cum repausandum fuerit secundum, quod qualitas<sup>314</sup> aeris, & situs loci permiserit, circa Priorem repausent, quod in colloquijs omnibus est observandum, & tunc Prior, vel qui praeerit Conventui, causa recreationis poterit dare licentiam loquendi de necessarijs, & honestis, & sine tumultu cum viderit expedire. Si autem aliquis secularis, vel aliis qui non sit de Ordine supervenerit, nullus ex Religiosis, nisi ex permissione Superioris, cum eo loquatur, illud quoque cavendum est, quod in labore, nec legere, nec librum ad laborem deserre licebit. 315

Auditio signo ad horam, opus intermittatur. Reverentes autem de labore ponant instrumenta, quæ detulerunt, ubi ad laborem preparari solent, & eant in Ecclesiam

siam ad recitandum ibidem orationem Dominicam, & salutationem angelicam. Porro omnibus festis de precepto, ac à vigilia Nativitatis Domini usque ad Epiphaniam, & à Dominica in ramis usque ad Dominicam in Albis à labore, & à lectioне cessabitur: Id tamen tempus quod labori, aut lectioни dandum erat, in alijs honestis exercitijs ad dispositionem Prælati impendatur.

## DE LECTIOНЕ.

### Cap. XVII.

**T**empore lectionis omnes fratres dato signo à Prior<sup>e</sup>, vel eo absente, à Subpriorе ad lectionem convenient exceptis ijs, qui legitimam excusationem habuerint, prout in precedentи cap. de labore declaratum fuit. Si quis autem absque legitima causa lectioни defuerit pro qualibet vice poenam iejunij vnius diei in pane, & aqua sustineat, si de eo proclamatus fuerit, si verò antequam proclametur, sponte suam culpam Prælato confessus fuerit, arbitrio ipsius Prælati pena moderetur. Porro in lectione stent fratres cum attentione, & silentio, & facie detecta, ne, si forte in lectione dormitent, id facile queant disimulare.

**Q**uod si aliquis necessitatem exeundi à lectione haberit, petat licentiam à Priorе, & si reliquerit aliquem librum commendet eum iuxta se sedenti. Caveant au-

tem

tem omnes, qui lectio*n* intersunt, ne silentium quavis occasione, vel causa etiam petendi librum ab alio inter-<sup>313</sup> rumpant. Quòd si aliquis in aliquo præmissorum contravenerit arbitrio Prioris, vel Subprioris puniatur. In omni Conventu, vbi commode fieri potest, sit saltem vnu Lector casuuni conscientia, & aliorum, quæ ad doctrinam Christianam spectant, finita lectio*n*, ad signum Prioris, vel Subprioris, omnes ad sua officia revertantur, prout in cap. de labore dispositum suit.

## DE REFECTiONe.

Cap. XVIII.

**O**MNES fratres etiam Prælati in communi Refecto-<sup>318</sup> riorio comedant, & omnes conveniant ante benedictionem, quæ nunquam omittatur, adhibeturque lectio sacra per totam refectionem duratura, & servetur silentium, nec aliqua sit in cibis, vel potu differentia, vbi autem commode fieri poterit, ad secundam quoque refactionem lectio non desit, sacerdtales ad serviendum in Refectorio non admittantur, nisi in præsentia Episcopi, vel excellentis personæ tantum.

Hora igitur competenti ante prandium, vel coenam à Sacrista paucis ictibus campana pulsetur, vt si qui foris sint, ad refactionem sine mora festinent. Tunc cellarius pulset cymbalum tribus ictibus per modica intervalla,

Quod si forte nondum cibus paratus fuerit, non pulsat donec paratus sit, nec fratres abluant manus, sed interim expectent, donec pulsatur modo praedicto.

320 Ablutis vero manibus, & detersis sedeant ante Refectorium, ibique modeste cum silentio se habeant, donec Prior, vel qui praest Conventui, nolam Refectorij percusat uno ictu, & tunc suo Ordine ingrediantur detegentes capita sua cum intrant, & inclinantes in medio Refectorij, & stent ante mensas versi chorus contra chorum, Prior, ipsis ingredientibus, nolam pulsante, qua sufficienter pulsata, Hebdomadario incipiente: *Benedicite*, respondeat Conventus *idem Benedicite*, & cetera, quæ dicenda sunt. Cum autem Sacerdos, finita oratione Dominica, *Et ne nos dixerit*, erigat se, & stans versus mensam principalem det benedictionem faciens tantummodo unam Crucem.

321 Abbas vero, si adfuerit, det benedictionem lectori, & responsu ab omnibus *Amen*, Lector ad lectionem ascendat, & ceteri in suo ordine mensas ingrediantur: Et si qui, postquam fratres refederint, supervenerint, Refectorium cum licentia intrent, & pro benedictione *Pater*, & *Ave Maria* dicant, ac ultimi post minores in mensa sedeant magis exoccupata, nec apponatur, nec detur eis vinum, nisi de licentia tenentis maiorem mensam, exceptis, quorum retardatio evidentem, & necessariam habet causam.

Porro

Porrò Cellarius, & ministri provideant, ut quod ne-<sup>322</sup>  
cesser fuerit, per mensas disponant, nec pertranseant ante  
mensas, vel retro, dum fratres fuerint incurvati. At ubi  
mensas intraverint, possunt ministri perficere, quod cœ-  
perunt: secundum verò pulmentum, sive ferculum cum  
opus fuerit, asserre non differant. Apposito itaque com-  
muni cibo, si quid aliunde allatum fuerit cibi, vel potus,  
Cellarius mittat ex eo pitantias & quales omnibus, etiam  
, Abbat, ne sit acceptio personarum in Refectorio, quæ  
, Religiosos non decet. Incepta lectione, & non ante,<sup>323</sup>  
detegant panem fratres, & inde nullus exeat de Refecto-  
rio sine licentia, nisi corporis necessitate cogente, nec  
ingrediatur sine licentia, præter Abbatem, & qui ingre-  
diuntur cum eo, nec aliquis incedendo comedat, aut ali-  
cubi stando bibat: qui voluerit sal cum cultello accipiat,  
& qui biberit, scipium ambabus manibus teneat, si quis  
iuxta se sedenti viderit de esse aliquid de communi, à cel-  
lario, vel ministro signo requirat. Qui aliquid apponit,  
& cui apponitur, invicem sibi inclinent.

Is autem, cui Abbas, vel Prior absente Abbat, ali-<sup>324</sup>  
quid miserit, prius deferenti inclinet, deinde parum af-  
furgens humiliet se versus mittentem. Quod si cui ali-  
quid præter communem cibum, vel potum superadden-  
dum fuerit, pro infirmitate, vel gratia, prius deferatur ad  
tenentem maiorem mensam, & quibus mittere voluerit,  
de mandato eius mittatur, & ille, cui missum fuerit, po-  
terit

terit dare iuxta se sedenti ad dexteram, si voluerit, & ad sinistram: Nullus tamen mittat pitantiam alicui, præter illum, qui tenet mensam maiorem.

3<sup>25</sup> In fine refectionis remotis scutellis ad signum Prælati, minister ad dexteram incipiens colligat coclearia, si fuerint colligenda, & fragmenta seu reliquias, & singuli fratres inclinent se ministro ante se reliquias colligenti, & facto ultimo signo, lector dicat, *Tu autem Domine miserere nostri*: respondeat Conventus: *Deo gratias*, tunc lector, & ministri in medio Refectorij veniam petant manu, vel genuflexione pro tempore, & similiter si quis ex comedientibus in aliquo offenderit, in medio Refectorij prostratus veniam petat, deinde surgens revertatur in locum suum inter fratres: pulsataque nola à Prælato surgentes stent ante mensas dicentes versum, quem incipiet Cantor, nola dimissa, quo dicto, inclinent, & exeant professionaliter dicentes Psalmum *Miserere mei Deus*, vel alium Psalmum pro tempore, quem Cantor incipiet, illis cum eo cantantibus, qui stant in dextro choro.

3<sup>26</sup> Ingredientes verò Ecclesiam stent versis vultibus ad altare usque ad *Gloria patri*: & tunc super formas prosternant se, vel inclinent, si tale fuerit tempus, Sacrista, vel eius socio interim parvam campanam usque ad finem gratiarum pulsante: & post gratias dicant singuli *Pater noster*, nisi Nona, vel Officium mortuorum immediate sequatur.

Ministri verò mensæ, & Lector, ac alijs ad secundam mensam comedentes, cum Psalmo *Laudate Dominum omnes gentes*, sint contenti: Post refectionem mappis excussis, reliquæ, & fragmenta, quæ superfuerint, à ministris, vel à Portario colligantur, & pauperibus distribuantur.

## DE VICTV.

Cap. XIX.

**D**icitur maximè Religiosos sicut in ceteris perfectiores: sit igitur victus fratrum sobrius, & modestus, & congruo loco, ac tempore illis ministretur: Non ciborum varietas, nec exquisita pulmenta admittantur, vnicum, aut ad summum duo fercula apponantur, nisi in aliquibus Festis maioribus, aut præsente aliqua eminenti persona: tunc enim Prælato liceat, si sibi videbitur, dispensare, ut iucunditatis causa aliquid amplius, cum debito tamen moderatione, addatur.

Nullus autem fratrum servet comestibilia in cella, nec particulariter serat in Refectorium. Abbas verò provideat fratribus, ne occasione penuriae cogantur id committere, sed curet, ut omnia ad victum necessaria, omnibus, quantum satis est, pro facultate Monasterij, ministrantur, eaque sint bona, & præcipue panis, vinum, carnes, & pisces suo tempore. Ad nullas quoque concessiones,

tiones, etiam eās, quā in Funeralibus celebrari solent, vel ad qualvis alias quovis prætextu fratres accedere præsumant. Lentacula quoque, & merendæ nemini fratribus concedantur, nisi aliquando (idque raro) alicui ex iusta, & rationabili causa à Prælato permittatur.

## DE IEIVNIO.

Cap. XX.

**329** IN toto adventu D. N. Iesu Christi, & in secunda, & tertia Ferijs ante diem Cinerum, tota Quadragesima, quatuor Temporibus anni, omnibus Vigilijs de præcepto Ecclesiæ, necnon Vigilijs Ascensionis, & Corporis Christi, ac omnium festorum Beatæ Virginis Mariæ, item omnibus sextis Ferijs per annum, nisi fuerit dies Natalis Domini, fratres ieunent, sexta vero Feria maioris Hebdomadæ ieunent in pane, & aqua.

**330** Item omni quarta feria per annum, nisi fuerit dies Natalis Domini, abstineant ab esu carnium. Nullus autem Abbas, vel Prælatus ullo modo possit dare licentiā Conventui, ut frangat ieunia supradicta, vel aliquod ex eis, aut abstinentiam ab esu carnium in quarta Feria, quod si talem licentiam dare presumpserit per sex menses ab Officio suspensus existat: fratet vero qui sine dispensatione Prælati aliquod ex supradictis ieunijs fregerit poena gravi puniatur: ij tamem, qui pro negotijs Monasterij, vel alias

aliás de licentia sui Prælati exeunt à Monasterio in Adventu Domini lacticinijs uti poterunt, dum tamen illi, ad quos divertunt eisdem cibis utantur: in reliquis veroieiunium servent.

## DE COLLATIONE IN DIEBUS IEIVNII.

Cap. XXI.

**A**D collationem hora debita signum pulsat Cella-<sup>331</sup>  
rius, & fratres fedeant in Desiderio, donec nolam  
pulsat Prior, vel Subprior, qua tribus ictibus per interval-  
la pulsata, intrent ordinatim Refectorium, & stent ante  
mensas, sicut ad refectionem, ac dicto *Benedicete*, det Præ-  
latus, vel Hebdomadarius benedictionem, & responso,  
*Amen*, Fratres ingrediantur mensas, & sumpta modica  
portione semel bibant.

Cum autem Prior visum fuerit, tacta Nolla iterum <sup>332</sup>  
uno ictu, surgant à mensa, &stantibus omnibus ante  
mensas, dicat Hebdomadarius: *Sit nomen Domini benedic-  
tum: & Conventus respondeat: Ex hoc nunc, & usque  
in seculum. Pater noster.* Post hoc vero inclinantes, & suo  
ordine exeuntes, eant in Ecclesiam, serveturque in reli-  
quijs ordo supra in rapa de refectione dispositus.

## DE VESTITV.

Cap. XXII,

Qui

**333** **Q**uidam domibus Regum sunt mollibus vestiuntur, eos autem qui saeculo ab renuncia verunt decet asper vestitus, & humilis. Idecirco prohibentur Religiosis huius Ordinis camisiae linea, ac etiam syndones in lectis, quibus nullo modo uti presumant, nisi ex dispensatione Abbatis, qui caveat passim dispensare, sed tantum ex causis legitimis superius anotatis: sit autem habitus, & vestitus Religiosorum huius Ordinis iuxta eius institutum candidus ex panno communi, & in uno quoque Conventu sit unum vestiarium commune, in quo omnium fratrum vestimenta collocentur, ita ut unum vestimentum ab altero non distinguatur.

**334** Ipsa autem vestimenta sint uniformia, & nulla exquisita arte elaborata, sed simplicia honesta, & humilia, nec nimis subtilia, ut observetur regula Ordinis, quæ prohibet habitum esse notabilem. Igitur panni, seu telæ subtiles, qui anascote, seu carisea vulgariter appellantur, & reliqui eius generis panni prohibentur. Omnes autem Religiosi utantur cappa ex panno superius plicata, quæ semper supra capucium gestetur, cuius collarium sit angustum, & ante claudatur hotone ex filo lineo confecto, aut vincino ferreo, qui vulgo dicitur corchete. Capucium vero, & scapularium sint similiter ex panno, vel ex staminea inestate, scapularium sit latitudinis dimidiaz varæ.

**335** Totum autem vestimentum omni prorsus ornamento careat, sed unum puspunctum tantum circa se habeat.

Tu-

Tunica similiter sit ex panno clausa, & ad talos usque demissa cum collario humili, & manicis æqualiter ductis sine bursa, quarum os, seu orificium, sit latitudinis quartæ partis vnius varæ, cingulum sit ex corio nigro absque ullo ornamento latitudinis vnius digiti cum fibula ferrea. Pallium, quod alio vocabulo tabardum dicitur, sit ex panno clausum usque ad talos cum manicis amplis, ita ut si opus sit, superindui possint, & oblongis, ita tamen ut palmo uno sint breviores quam ipsum pallium, quod quidem pallium pro arcendo frigore poterit pellibus albis agnorum esse afforatum, sed extra domum non deserantur pelles nisi tunica maiori, ita coopertæ sint, ut à nemine conspiciatur.

Sagulum quoque sit ex panno, vel ex staminea di-<sup>336</sup>  
missum infra genu quartam partem varæ cum manicis strictis, thoraces, qui vulgo jubones dicuntur, ex panno, aut tela linea, non subtili, vel curiosa conficiantur: camisia sint ex staminea, femoralia cum medijs caligis sint ex panno, vel staminea, seu lino nullis adhibitis ornamen-tis, calciamenta vero sint ex corio anterius aperta, & ligaturas habentia, & latitudinis quinque digitorum, quibus soleæ ex corio, tempore hyemis, fieri possint. Panu-flæ autem, extra infirmitorium, & Matutinas, chinellæ omnino, Religiosis prohibentur: pileus sit ex fetro ni-gro, cum una simplici cordula in eius circuitu, & alia subtus, qua ad pectus demissa, ipse pileus in capite fir-

mior teneatur. Biretos nigros nullus Religiosorum, etiam Abbatum, deinceps gestare presumat, nec etiam albos, nisi sub capucio.

337 Porro habitus Donatorum sit ex panno griseo cum scapulario albo angusto, brevi, & cincto. In itinere vntantur Religiosi eodem habitu, & vestitu, qui supra designatus est, cum foccis coriaceis, vel ex panno albo, tempore tamen pluvioso poterunt portare unam cappam breviorem ex panno grossiore pro pluviali tegumento.

338 Indumenta famulorum, qui Religiosos in itinere committantur, sint ex panno pardo, qui dicitur fraylengo, & in lateribus aperta iuxta consuetudinem Ordinis, regumenta quoque mularum sint ex simili panno, quæ infra stapedem extendentur per unum palmum, ut vestimenta alba Religiosorum equitantium à luto defendere possint. Quicumque in habitu, & vestitu quicquam adversus ea, quæ presenti constitutione ordinata sunt, commiserit, poena gravioris culpe puniatur.

## DE DORMITORIO, ET CELLIS fratrum, & prohibitione lineorum.

Cap. XXIII.

339 IN quolibet Monasterio sit dormitorium pro Novitiis decens, & capax pro qualitate Monasterij, provideatque Pralatus, ut unusquisque Noviciorum suum lectulum

tulum in dormitorio habeat, nec duo, vel plures in uno lecto accubent: Quodque similiter quilibet frater cellam cum lecto habeat distinctam. Si quis autem fratrum, vel Novitiorum, ubi lecti pro singulis fuerint, cum alio dormierit, vel cubaverit, tribus diebus in pane, & aqua sine remissione ieunet.

Porro in dormitorio, & cellis ea tantum, quæ sunt <sup>340</sup> necessaria permittantur, quæ verò ad ornatum, vel curiositatem spectant omnino vitentur: sufficiat igitur unicuique fratrum in sua cella, vel dormitorio habere unam mensam ligneam cum suo armariolo ad libros custodiendos, superquam non tapetem, vel alium pannum curiosum ponat, sed si videbitur, eam possit tegere aliqua tela, vel panno viliori, sicut est, quod vulgo dicitur *boccacino*, & *carpetta grueffa*. Item unam sellam pro sedendo absque ullis ornamentis, vel scabellum, ac unam arcam pro custodia vestimentorum. <sup>341</sup>

Præterea lectum cum uno, vel duobus ad summum stratis lineis, quæ vulgo *colchones* appellantur, aut cum uno paleaceo vulgariter *xergon* nuncupato, & uno strato laneo, vel uno strato laneo cum duobus puluinaribus plumis, quæ sub ipso strato ponantur, & cum operorijs laneis, & pulvinarij ad cuput, quod ex tela linea permittitur: centoria verò, cortinx, & alia omnia ornamenta, præter alias pias, & deuotas imagines omnino excludantur. Specialiter etiam prohibentur syndones, & camisizæ ex quocumque lino, vel canabæ. Eg

Et quicumque Prælatus absque necessaria causa contra hanc prohibitionem dispensaverit, per sex menses ab Officio suspendatur, frater vero, qui absque dispensatione expressa Prælati contravenire, vel qui apud se, vel alium, tunicas, aut syndones lineas, nisi in infirmitaria, & hospitio communi habere præsumperit, poena gravi puniatur. Poterit autem Prælatus dispensare cum infirmis super usu lineorum, & cum decrepitis, & cum aliquibus, qui ex itinere admodum fessi venientes, aliquo resgregatio, vel maiori commoditate indigent. Omnibus Religiosis permittitur vti *scoffia*, sive auriculari, & sudario, sive panniculo ad emungendas nares ex lino absque tam curiositate.

## DE INFIRMARIA, ET INFIRMIS.

Cap. XXIII.

**I**N quolibet Conventu sit locus commodus infirmorum, & deputentur Infirmarij, qui eorum curam cum charitate gerant, infirmisque de omnibus, quæ ad animæ, & corporis salutem commoda, & necessaria sunt, provideatur iuxta cap. de Infirmario, & non in domibus sæcularium, sed in proprijs domibus Religiosi infirmi currentur, & in eorum cura diligenter servetur, quod per Medicos ordinatum fuerit. Ipsi autem infirmi, qui potuerint circa ortum Solis, vel ante, vel etiam tardius iuxta eorum

eorum dispositionem, Matutinas dicant, & reliquas Horas Canonicas tempore competenti, & post Completo-  
rium, habita recreatione modica, eant dormitum, & si-  
cūt ceteri servent silentium, & in omnibus se honestē  
habent. Quod si circa hoc negligentes fuerint arbitrio  
Abbatis grauiter corrigantur.

Qui voluerit, & potuerit, eat ad Ecclesiam, & ad Ho-<sup>344</sup>  
ram, ad Missam tamen eant, cum necesse fuerit, nisi  
multum graventur infirmi, sed ad Missam non serviant.  
Non liceat eis per domum vagari, nec demorari in claus-  
tro: si quis tales habuerit infirmitatem, quæ nec eum  
multum debilitet, nec comedendi turbet appetitū, ut  
potè incisio, vel inflatura membrorū, aut aliquid huius-  
modi, hic talis, nec iejunia consuetudinaria frangat, nec  
cibos Refectorij mutet, nisi quando fiat pro magna debi-  
litate ipsius, ex charitativa dispensatione Abbatis, sive  
Prioris, absente Abbatे, cuius discretioni præmissa re-  
linquatur.

Sed, & si quis post receptam convalescentiam volue-<sup>345</sup>  
rit in Infirmaria invercundè morari, præcipiatur ei ex-  
præsse, ut redeat in Conventum. Qui redire voluerint in  
Conventum id priùs indicent Abbatij, vel Priori, sed qua  
die reversi in Conventum dixerint culpam suam, non  
redeant in infirmitorum ad vescendum. Præterea de li-  
centia danda vescendi carnis debilibus, & infirmis in  
Ferijs quartis, & Sabbatis relinquuntur iudicio Abbatum,

& illorum, quibus super hoc vices suas committent. Nec admittantur sacerdotes in infirmitorijs ad ministrandum infirmis in mensa, nisi de licentia Abbatis, vel Prioris, mulieres vero nulla prorsus occasione admittantur.

## DE BIBLIOTHECA.

Cap. XXV.

**I**N quolibet Monasterio sit bibliotheca, in qua omnes libri ipsius Monasterij pro studio Religiosorum custodiuntur, eique proficiatur providus custos, qui Bibliothecarius appelletur, sine cuius licentia non liceat alicui libros ex ipsa bibliotheca extrahere sub pena gravioris culpe per tres dies. Nullus autem fratum libros proprios habeat, nisi ad usum, & necessitatem de licentia Praepositi, & omnium librorum sit catalogus in bibliotheca, & cum aliqui fratres accommodantur, scribantur in aliqua tabella: statuimus etiam, ut nullus Praepositus, vel Canonicus possit ex uno Monasterio in aliud libros transferre, nisi de licentia patris Provincialis, qui hanc facultatem non concedat, nisi ex necessitate, & sine notabilis praedictio Monasterij, cuius sunt libri, ac taliter, quod libri post modum recesserint ad propriam bibliothecam.

DE

# DE OFFICINARVM INGRESSV.

## Cap. XXVI.

**I**N officinas nullus præter obedientiarios ingrediatur,<sup>347</sup> nisi debito tempore, ut in Refectorium tempore refectionis, calefactorium tempore calefaciendi, servato moderamine, prout suprà in cap. de dispensatione temporis in hyeme dispositum fuit. In auditorium, vel in Ecclesiam exteriorem extra cancellos nullus fratum, nisi de licentia Prælati ingrediatur, & tunc modestè, & submissè loquatur, similiter nec infirmariam quis intret, nisi Prior, & ministri infirmorum, & qui ex officio debent ingredi. Qui contra fecerint, pœnæ, quæ pro medijs culpis statuta est, subiiciatur.

# DE RELIGIOSIS EXEVNTIBVS E

## Monasterio, & iter agentibus.

## Cap. XXVII.

**N**Vllus Religiosus domum, etiam sub quovis præ-<sup>348</sup> textu, etiam in propinquissimas partes domui adharentes, absque Superioris licentia exeat, ipse autem Superior parcè eam concedat habita personæ, temporis, necessitatis, & locorum, ad quæ vult proficisci, ratione, & socium ipsem, non quem is vult, illi alsignet: socius autem sit proiectus atatis, & nullo modo suspectus, &

ante

antequam exeant, petant benedictionem à Prælato, & re-  
versi eidem se præsentent, & ad orationem eant.

349 Sed nec nullus Abbas è suo Monasterio ultra unā leu-  
cam exeat absque causa urgentis necessitatis pro rebus  
Monasterij sui, de qua rationem Visitatoribus erit reddi-  
turus, & cum exierit ad locum vicinum, ex quo possit  
eodem die ad Monasterium redire nullo modo extra Mo-  
nasterium pernoctet, si verò ultra triduum sit abfuturus  
licentiam priùs à patre Provinciali expressam habeat:  
ipse autem pater Provincialis è suo Monasterio de Re-  
tuerta non exeat, nisi cum vrgens necessitas, aut evidens  
vtilitas Ordinis id expostulat, de quo rationem Visita-  
toribus Monasterij de Retuerta reddet.

350 Prohibemus autem ipsis Religiosis sub poena ieiunij  
trium dierum in pane, & aqua, ne exeuntes divertant ad  
alia loca, seu domos, præterquam ad ea, pro quibus licen-  
tiam à Prælato expresse habuerunt. Porro iter peragen-  
tes, si in itinere fuerint domus Ordinis, ad quas declina-  
re valeant, ad eas declinent; alioquin apud aliquem Ec-  
clesiasticum, vel alias honestum virum, ubi cōmodè fieri  
poterit, sub poena gravioris culpæ. Caveant autem, ne  
famulus, qui pro curanda mula ducitur, ensem, nec in iti-  
nere, nec usquam, dum cum eis fuerit, gerat.

Cum ad domū Ordinis pervenerint, in qua mansuri  
351 sunt, in Refectorio cum alijs comedant, & in dormito-  
rio, vel cella sibi assignata dormiant; nisi forte præ frigo-

re, aut pluvia, vel lassitudine iussi fuerint, primam refec-  
tionem extra Refectorium habere, nec postea sine licen-  
tia claustrum exeant, sed ordinem suum sicut ceteri te-  
neant: si tamen post Completorium venerint; concedi-  
tur eis loqui de necessitate sua cum Prælato, vel obe-  
dientiario.

Nullus autem Prælatus absque licentia patris Provin-<sup>352</sup>  
cialis ad curiam Regiam, aut Vallisoletum accedere præ-  
sumat, nisi obiter aliò iter faciens, & tunc ibidem ultra  
vnam noctem, si pernoctare necesse sit, non moretur, sub  
pœna suspensionis ab Officio per sex menses.

Idem etiam prohibetur alijs Religiosis sub pœna de-  
cem dierum gravioris culpæ absque remissione, & clau-  
suræ per sex menses.

Nemo præterea Religiosorum ad Monasterium de<sup>353</sup>  
Retuerta, sine expressa licentia patris Provincialis, eat; si  
tamen pro negotio sui Monasterij eundum sit, de ex-  
pressa licentia sui Prælati, poterit ire.

Nullus etiam accedat sine licentia Provincialis ad  
Capitulum Provinciale, vel privatum, sub pœna debita  
fugitivis.

Nec per sex menses ante Capitulum Provinciale quis-  
quam Religiosus ad aliud Monasterium ire præsumat;  
nec Prælatus ad id licentiam ei concedat sub pœna sus-  
pensionis ab Officio per sex menses. Religiosus verò, qui  
absque expressa licentia patris Provincialis ad aliud Mo-

inasteriu accesserit, tamquam fugitivus puniatur, ac voce  
activa, & passiva per triennium privatus existat.

**355.** Nec aliquis Religiosus è suo Monasterio vltra vnam  
dietetam absque licentia sui Prælati in scriptis habita, nec  
intra vnam dietam absque licentia licet non scripta exeat  
sub pœna reclusionis in clauistro per duos menses, & ie-  
junij triduani in pane, & aqua; & si absque licentia sui  
Prælati ad aliquid Monasterium pervenerit, non admitt-  
atur in Communiteatem, sed inde expellatur infra xxiiij.  
horas, ut suprà puniendus. Cuilibet autem Religioso, qui  
de uno Monasterio ad aliud mittitur, detur pro expensis  
quantum Prælato videbitur sufficere.

**356.** Ceterum Prælati absque gravi, & rationabili causa  
itinera longa non peragant; nec subditis suis ea faciendi  
licentiam concedant, inconsulto patre Provinciali, sub  
pœna correctionis in Capitulo Provinciali sustinenda.  
Hospites autem Ordinis ad Monasteria advenientes pri-  
ma nocte sicut hospites habeantur seorsum cum alijs hos-  
pitibus. Quod si vltra vnam noctem manserint; deinceps sicut alijs fratres Conventū teneant in suo ordine, nisi  
Prælatus ipsius domus cum eis dispensaverit. Hospites in  
omnibus, & per omnia Prælato domus, ad quam decli-  
naverint subditi sint. Si aliquis Abbas hospes advenerit;  
ei Abbas domus suum locum cedat cum honore præ-  
veniendo: si autem fuerit Prior; primum locum post Prio-  
rem domus teneat.

Ad-

Advenæ autem ignoti habitum huius Religionis portantes sine testimonialibus litteris ad communicandum Conventibus huius Ordinis minime admittantur; sed, & ipse habitus eis detrahatur: si reddiderint se suspectos; poterit tamen eis fieri aliqua eleemosyna ex charitate, sed extra Conventum, prout alijs extraneis,

## DE RASURA.

Cap. XXVIII.

**R**asura fiat Religiosis in vertice capitis non modica, & æqualiter rotunda, ut Religiosos decet, ut inter ipsam, & aures non plusquam trium digitorum spatiū interponatur: quæ rasura fiat de quindeno in quindenū diem, ita tamen, quod propter aliqua festa solemnia anticipari, vel differri possit ad beneplacitum Abbatis, vel Prioris, & caveant fratres, ne Rasores mora sua molestant, sed expeditè, cum vocati fuerint, veniant. Attendatque diligenter Abbas, ne quod præmissum est de rasura, & tonsura negligenter à quoquam prætereatur. Quod si quid horum à quoquam omissum fuerit; ad arbitrium Abbatis, vel Prioris graviter emendetur: sciant tamen, quod, quicunque Canonicimittuntur ad Ordines suscipiendos, radi debent.

De Conversorum verò rasura ita ordinatum est, ut quando raduntur, circa aurem novacula non descendat,

nec nisi de mense in mensem radi præsumant, secundum quod eisdem ab Abbatibus iniungetur : semper autem tantum habeant barba, quantum, si raderentur, posset recrescere infra mensem: Conversi vero qui huiusmodi præcepti prevaricatores inventi fuerint, usque ad sequentem rasuram omni sexta Feria in pane, & aqua ieiunent: quod si in hoc quoque aliqui fuerint rebelles poenæ gravioris culpæ decem dierum supponantur.

## DE RECREATIONE.

Cap. XXIX.

360 **V**T saluti quoque corporum consulatur, poterit quilibet Abbas quatuor annis temporibus videlicet inter Nativitatem Domini, & Septuagesimam, inter Pascha Resurrectionis Domini, & Pascha Penthecostes, inter festum Nativitatis S. Ioannis Baptista, & festum S. Iacobi, & in mense Septembris aliquam moderatam, & honestam recreationem in aliquo decenti, & honesto a secularibus remoto loco cōcedere, quæ tunc quatuor dierum spatium non excedat, & cuius causa divinus cultus in Ecclesia, & Monasterio non omissatur. Cui recreationi Prælatus, si ipse assistere non poterit, deputet aliquem ex senioribus probatae vitæ Religiosis, qui fratres in officio, & honestate contineat.

DIS-

## DISTINCTIO QVARTA.

## DE LEVIORIBVS CULPIS.

## Cap. I.

361

**L**EVIORES culpæ sunt, si quis statim, vt datum signum fuerit, non relictis omnibus, quæ in manibus habuerit, cum matura tamen festinatione se præparaverit, vt secundum regulam ad Ecclesiam ordinate, & composite cum silentio veniat, si demandatum sibi legendi, vel cantandi officium non attente compleverit, si Responsorium, vel Antiphonam incepturnus, chorum turbaverit; si chorum male legendō, vel cantando offendens non statim se coram omnibus humiliaverit, si in Conventu aliquid tumultus, vel inquietudinis fecerit, si ad mensam cum alijs non venerit, si ad communem rasuram non fuerit præsens, si in dormitorio aliquam modicam inquietudinem fecerit, si per licentiam egressus de clauistro moram fecerit, si Corporale, vel lintera ad portandum calices, vel ad patenam involuendum aptata, stola, vel manipulus per eius negligentiam ad terram ceciderit; si vestes tempore, loco statutis honestè, & ordinatè non mutaverit; si cereum fregerit, si aliquid vtenilium perdiderit, si corrigiam Rasorum inciderit, si quid vestimenti sui ex industria peioraverit, vel perdiderit, aut sordidaverit, vel potus effuderit; si liber, in quo ad refec-

tionem, ad Capitulum, ad collationem legendum est, eius negligentia defuerit, si Lector mensa deputatus benedictionem neglexerit, si in Conventu aliquid leve, unde alijs scandalizentur, egerit; si in aliquo gestu reprehensibilis fuerit, si aliquo natabilis apparuerit. De omnibus veniam potentibus iniungatur psalmus unus, & unius correctionis fiat eis disciplina.

## DE MEDIIS CULPIS.

### Cap. II.

<sup>362</sup> **M**edia culpa est, si quis in choro non divino Officio intentus vagis oculis, & motu irreligioso, minusque decenti levitatem mentis ostenderet; lectionem tempore statuto non præviderit; si quicquam cantare, vel legere præsumperit; præterquam, quod communis consensus probat; si in choro riserit, vel alios ridere fecerit; si ad collationem, vel Capitulum non venerit; si communione mandatum dimiserit; si ad opus manuum non occurrerit iuxta dispositionem Abbatis; si dormientibus fratribus per negligentiam defuerit; si quis Horæ Canonicae, vel communi refectio non intersuerit; si quis absque benedictione cibum, vel potum sumperit; si quis, eum à quo clamatus est, eodem die quasi se vindicando, præsumperit clamare; si quis clamans in clamatione sua contentionem fecerit; si quis de via veniens, eodem die, si fie-

ri potest, benedictionem accipere neglexerit; vel absque ea de Monasterio, nisi ad possessiones vicinas vadens plus vna die moraturus exierit; si quis cum iuramento aliquid negaverit, vel affirmaverit; si quis turpem sermonem; vel vaniloquium, aut vocare fratrem proprio nomine tantum, hac additione *Frater* omissa, in usu habuerit; si quis eorum, qui officijs deputati sunt, in aliquo circa officium suum negligens repertus fuerit, ut sunt Priors in Conventu custodiendo, Cantores in officijs, quibus deputati sunt exequendis, Provisores exteriorum in exterioribus rebus custodiendis, Cellarius in administrandis, Armarius in libris emendandis, & custodiendis, & certa hora exponendis, Vestiarius in vestibus providendis, infirmorum custos in infirmis curandis, Hospitalis in hospitibus suscipiendis, & procurandis; & in omnibus præcepta Patris Augustini adimpleantur: *Ante omnia diligatur Deus, deinde proximus, & sine murmure seruiant fratribus suis.* Clamatis de supradictis, & veniam petentibus fiat vnius correctionis disciplina cum tot psalmis, quot placuerit illi, qui Capitulum tenebit.

Qui autem scienter silentium fregerit in Ecclesia, dormitorio, sive clauistro, si clamatus inde fuerit, vnam correctionem accipiat, & vnum diem in pane, & aqua sine remissione ieunet; nisi alias Rector Capituli mitius cum eo agendum duxerit. Qui autem non clamatus veniam de hoc sponte postulaverit, correctionem non accipiet; sed, 363  
sicut

sicut dictum est, sine dispensatione diciunabit.

Poterit tamen Rector Capituli huiusmodi iejunium in aliam pœnam, prout sibi visum fuerit, commutare: qui verò, nec proclamatus, nec sponte culpam suam confessus fuerit; sciat, se nihilominus ad iejunium vnius diei in pane, & aqua, vel ad aliam pœnitentiam, quam ei Confessarius pro hac culpa iniunxerit, omnino teneri: hanc etiam pœnam sustineant, qui de claustro sine licentia exierint, si inde fuerint proclamati; & qui hoc de consuetudine habuerint gravius puniantur, nisi obedientiam habuerint extra claustrum, pro qua necesse fuerit eis exire.

**364** De huiusmodi autem pœnitentibus statutum est: quod tempore ieunij semel, tempore verò geminx refectionis, pane, & aqua bis reficiantur. Si quis autem Religiosorum in usu, vel consuetudine habuerit silentium frangere, aut aliqua ex supradictis frequentius committere; is pro huiusmodi prava consuetudine gravius arbitrio Prælati puniatur; ut rigore pœnæ mores in melius reformare discat. Quod si Abbas, Prior, vel Subprior, vel Circator negligentes fuerint in impoenenda, vel remittenda pœnitentia ijs, qui silentium fregerint, pœnam sustineant supradictam.

## DE GRAVI CVLPA:

Cap. III.

**G**Ravis culpa est, si quis in audiētia sacerdotalium in<sup>365</sup>  
 honeste contendēt; si frater cum fratre intus, vel  
 foris lites habuerit; vel si quis procedens ubi seminæ sunt  
 oculum fixerit; si tamen hoc in usu habuerit; si quis fal-  
 sum testimonium de aliquo, quod non sit criminale ad-  
 versus aliquem dixerit; si quis ex industria mendacium  
 dixisse deprehensus fuerit; si quis culpam suam, vel alte-  
 riūs defenderit; si quis in illum, à quo clamatis est, vel  
 quemlibet alium, minas, vel maledicta, seu verba incom-  
 posita, & irreligiosa in vexisse malitiosè deprehensus fue-  
 rit; si quis alicui fratrum opprobrium dixerit; si quis fra-  
 tri præteritam culpam, pro qua satisfecit impropere-  
 rit; si quis susurro, vel detractor inventus fuerit; si quis  
 parentibus suis, vel Nuncijs supervenientibus loqui sine  
 licentia, vel permissione Abbatis, vel Prioris præsump-  
 serit; si quis ad novas Missas celebrandas convocationem  
 sacerdotalium fecerit, vel provocauerit, vel fieri procurave-  
 rit; si quis alias litteras missivas absque licentia sui Pra-  
 lati ad aliquem scripserit, aut miserit de quacumque re,  
 quæ Religionem non concernat (nam si Religionem con-  
 cernat) gravorem culpam incurret. Pro huiusmodi cul-  
 pis, & his similibus veniam petentibus, & non clamatis,  
 tres correctiones in Capitulo dentur, & tres dies in pane,

Cc.

&amp;c.

& aqua ieiunent, nisi discretio tenentis Capitulum, eosdem ab huiusmodi ieiunijs duxerit relevandos; clamatis vero una dies, & una correctio superaddatur, si hoc vi-  
sum fuerit expedire. Deceterò psalmi, & venia, & ieiunia huiusmodi, secundum quod discretioni Resectoris Capituli visum fuerit, pro qualitate culparum præceden-  
tium iniungantur.

**366** Si quis pro victu, vel vestitu, vel alia re murmuraverit prædictam poenam sustineat, & quadraginta diebus ab illo genere cibi, vel potus abstinebit, de quo, vel pro quo murmuraverit, nisi de huiusmodi à Prælato circa ali-  
quem misericorditer fuerit dispensatum.

### DE GRAVIORE CULPA:

#### Cap. III.

**S**i quis fratrum leve sacrilegium commisserit, vel leve sursum, ut potè de re parva, vel huiusmodi aliquid; vel rem etiam parvam sibi collatam celaverit, & in com-  
**367** mune non redegerit; si litteras missivas, in quibus de aliqua re statum Religionis concernente tractetur, ad aliquem scripserit, aut miserit, aut litteras Abbatii, vel alij fratri directas aperuerit. Quicquid Provincialis litteras, tam ipso directas, quam ab ipso alijs transmissas aperire præ-  
sumperit, etiam si Prælatus fuerit, arbitrio eiusdem Pro-  
vincialis puniatur.

**368** Si quis vilia, vel dishonesta de Deo, vel eius genitrice Maria inverecundè protulerit, decem diebus poenæ gra-

vioris

vioris culpæ subdatur. Qui ad aliquem carceratum accedere, vel cum eo loqui, sine Abbatis licentia speciali præsumperit, pœnam grauioris culpæ per decem dies sustineat. Qui carceratos pro enormi crimine defendere, vel souere præsumperit, pœnæ grauioris culpæ per viginti dies subdatur: si semel correptus iterum ad delicta revertatur, pœna dupliciter; ita ut crescente contumacia, crescat, & poena, & incorrigibiles gravissimè puniantur.<sup>369</sup>

Si quis verò per contumaciam, & manifestam rebellionem inobediens Priori suo, vel Subpriori, vel Præsidenti Conventus, aut cum aliquo eorum intus, vel foris turpiter, & protervè contendere ausus fuerit; si cum Prior, viginti diebus, si cum Subprior, vel Præsidente, decem diebus pœnæ grauioris culpæ subdatur: Quod si prædicta cum Abbatे perpetraverit quadraginta dierum grauioris culpæ pœnam sustineat: si verò inobediens contra Superiores obstinate permanserit, per tres annos in carcerem recludatur cum compedibus, ac quarta, & sexta Ferijs in pane, & aqua ieiunet, & Psalmos Pœnitiales recitet.

Porrò si de lapsu carnis extra Monasterium quis fuit dissimatus; frater, qui conscius delicti, illud quanto citius potuerit Abbatì, vel ei, qui loco eius fuerit, non intimauerit corrigendum, pœnæ grauioris culpæ, iuxta qualitatem delicti puniatur. Quod si quis in Monasterio Abbatē absente, tale quid perpetraverit, Prior suspendat

ēum ab officio suo, & ab obedientia, si quam habet: ce-  
tera differat ad audientiam Abbatis: reuerso Abbatē si  
res in dubium venerit; facta super hoc inquisitione, se-  
cundum tempus, & personam, si reus inuentus fuerit,  
puniatur.

371 Et quoniam qui publicē peccat, iuxta doctrinam  
Apostoli, Publicē etiā corripi debet; proinde si quis mor-  
taliter publicē deliquerit, saltem trium dierum grauioris  
culpæ, aut grauioris, si grauius peccauerit, maiusque scan-  
dalum in grauiori culpa fuerit, pœnæ subdatur; donec  
pœnitentiam sibi iniunctam compleuerit, sancto altari  
ministrare, aut sacris interesse non permittatur; nec infra  
biennium habeat obedientiam nominatam. Carere au-  
tem obedientia nominata, est priuatum esse Officio, ac  
vōce actiua, & passiuā.

372 Quicumque igitur Religiosus aliquid commiserit, per  
quod grauiorem culpam incurrit, veniam in Capitulo  
petat, sceleris immanitatem lamentabiliter proferens, &  
denudatus, ut dignam suis meritis accipiat sententiam,  
vapulet, quantum placuerit Prælato, &, ut permaneat in  
pœna grauioribus culpis debita præceptum accipiat, vi-  
delicet: ut sit omnium nouissimus in omni conventu vbi  
fratres sunt, ut qui culpas perpetrando non erubuit fieri  
membrum Diaboli, ad tempus sequestretur à consortio  
ovium Christi, ut resipiscat: In Refectorio quoque non  
ad communem mensam sedebit, sed in medio Refectorio  
super

super nudam mensam sedens in terra comedet, & provideatur ei seorsum panis grossior, & potus aquæ, nisi pater Abbas, vel eo absente, Prior aliquid ei per misericordiam impendat: nec reliquæ prandij sui cum alijs admisceantur, ut cognoscatur ita segregatus à consortio aliorum, quod priuetur, nisi redeat per poenitentiam, confortijs Angelorum. Ad Canonicas Horas veniat ante ostium chori, & coram transeuntibus fratribus prostratus iaceat, quousque intraverint, & exierint.

Nullus autem audeat se illi adiungere, vel aliquid mandare. Ad eum tamen, ne in desperatione labatur, aliquando pater Abbas mittat seniores, qui eum hortentur ad poenitentiam, provocent ad pacientiam, soveant ad compassionem, hortentur ad compunctionem, adiuvent apud Deum per suam intercessionem. Ille talis quandiu erit in hac poenitentia, non communicet, nec veniat ad osculum pacis, nec osculetur textum Evangelij, nec vocetur ad aliquod Officium in Ecclesia, nec vlla ei ante plenaria absorptionem obedientia committatur: & si fuerit Sacerdos, Diaconus, vel Subdiaconus in suis Ordinibus non ministret, nisi postmodum religiosius conversatus, & duret praedicta poenitentia ad plus per quadraginta dies, & infra tempus illud, quo ille, qui deliquit, erit in hac poenitentia, tam tempore ieiunij, quam geminæ refectionis, omni sexta Feria reficietur tantummodo pane, & aqua, Ferijs secunda, & quarta poterit ei Abbas, vel eo

absente, qui præterit conventui indulgere vnum pulmentum, & potum, alijs verò diebus licebit, Abbatii, vel ei, qui præterit conventui, secundum quod sibi visum fuerit, dispensare, ita tamen, quod semper aliquid subtrahatur pœnitenti, vel in cibo, vel in potu de ijs, quæ conventui administrabuntur. In Festis duplicibus poterit eius pœnitentia suspendi, & similiter tempore ægritudinis manifestæ, quod tamen nisi in magna necessitate illi non concedatur.

**374** Si quis autem Abbas, vel Prælatus de hac constitutione aliter, quam suprà statutum est, præsumperit dispensare, nisi subsit causa rationabilis, & evidens, pater Provincialis, vel Visitatores in eum pro qualitate culpæ grauiter animaduertant. Quod si quempiam Priorem, vel Subpriorum, aut Circatorem in hoc calu contigerit delinquisse, per Abbates proprios in ipsos refundatur quidquid de prædicta pœna deprehensi fuerint subtraxisse. Idem etiam obseruetur de illis, qui alias pœnas in statutis Ordinis contentas auctoritate propria præsumperint temere relaxare aliter, quam oporteat, vel expediat, vel etiam alijs dispensare.

## DE CONSPIRATORIBVS INFAMATORI- bus, & periuris. Cap. V.

**375** **S**i qui per conſpirationem, vel coniurationem, vel per malitiosam concordiam aduersus Prælatos, vel fratres suos

suos malitiosè se erexerint, vel ut eos devincant, vel insam-  
ment turpiter, quicumque etiam carminibus, versibus,  
aut libello famoso projecto per compita, patres suos, aut  
fratres infamaverint de aliquo crimine in claustro, vel ex-  
tra, si de aliquo præmissorum confessi fuerint, vel con-  
victi, aut qui Ordinis disciplinæ adeò rebelles extiterint,  
quòd per contumaciam sustinuerint se excommunicari  
per tres dies, vel ad eos coercendos oporteat advocare  
potentiam sacerdotalem, & quicumque subditi, qui præter-  
missa iurisdictione Ordinis ad extraordinariam iurisdi-  
ctionem confugerint; nisi à prosequendo, quod cœperint,  
infra triduum resipiscant; emittrantur ad aliud Monaste-  
rium Ordinis ad peragendam pœnitentiam grauioris cul-  
pæ per quadraginta dies, si alias in proprijs domibus de-  
bitè corrigi non valeant, & toto tempore vitæ suæ obti-  
neant extrellum ordinis sui locum, & vocem in Capitu-  
lo non habeant, nisi in accusatione sui; nec eis aliqua obe-  
dientia nominata iniungatur, nisi circa eos ad interces-  
sionem proprietorum Abbatum, & aliorum proborum  
virorum, qui de correctione, & humilitate eorum fidele  
testimonium perhibeant, interdum per Capitulum Pro-  
vinciale fuerit dispensatum.

Statuimus etiam, vt quicumque deceterò convicti<sup>376</sup>  
fuerint de solemini periurio, & qui fratres suos apud sæ-  
culares, vel alios Religiosos alterius Ordinis diffamave-  
rint, pœnam prædictam sustineant, nec habeant vocem

in Capitulo, nec extra, nec obedientiam nominatam totō tempore vita sux, nec promoveātur ad sacros Ordines, & in suscep̄tis Ordinibus non ministrent, nisi per dispensationem Capituli Provincialis. Illi verò, qui proprios Prælatos infamaverint, vel de gratiis criminibus eosdem accusaverint, nisi legitimè probauerint, quod intendunt, pœnis subiaceant supradictis, & insuper emissi in aliud Monasterium, infra decennium minimè revertantur, nisi per Capitulum Provinciale cum eis desuper fuerit dispensatum: & credetur contra huiusmodi diffamatores etiam secularibus personis grauibus, & honestis. Conversi autem, qui de prædictis inventi fuerint culpabiles cum pœna prædicta griseas tunicas, & grisea scapularia portent toto tempore vita sux.

## DE PERCUSSORIBVS.

Cap. VI.

**D**E percussoribus est statutum: quod qui absente Abbatie aliquem percusserit fratrem, in carcerē coniiciatur, & ibi cum compedibus teneatur usque ad aduentum Abbatis, & tunc si levis fuerit percussio, & percussus roget pro eo, percussor pœnitentiam grauioris culpæ in domo peragat. Qui autem armata manu percusserit, vel qui sanguinem violenter effuderit, & qui parentibus suis proclamationes, vel querimonias fecerit, & per quem aliquod

quod graue damnum Monasterio illatū fuerit, vel scandalum subsecutum ad aliud Monasterium Ordinis transmittatur ad agendum pœnitentiam grauioris culpæ per quadraginta dies, si sine periculo, aut graui scandalo non possit in propria domo debite corrigi; nec ad domum propriam sine licentia Capituli Provincialis revertatur. 378

Porro quicumque præsumpserit violenter manus iniicere in Abbates, ultra sententiam Excommunicationis (quam ipsi, &c alij, qui manus violentas in quoscum Clericos, vel Religiosos temerè iniecerint, ipso facto incurront, cuius absolutio Sedi Apostolice est reservata) per patrem Provincialem, aut Visitatores ad alias domos Ordinis transmittantur, ubi per tres annos in carcere cum compedibus recludantur, & quarta, ac sexta Ferijs in pane, & aqua ieunent, & Psalmos Pœnitentiales recitent sublata prorsus omni spe ad proprias domos vñquā redeundi. Quòd si delictum gravius fuerit, arbitrio Provincialis pœna augeatur: eidem etiam pœnæ statuimus subiacere illos, qui procuraverint per se, vel per alios manus violentas iniici in Abbates. 379

Si quis verò latebrosa loca, vel tempora captauerit, ut in verberibus, vel in aliquo turpi facto contumeliam inferat fratri suo, multo magis si Prælato; vel si quis huiusmodi infamia sit respersus; fiat super hoc inquisitio diligenter, hoc proviso, quod nullus de auditu accuset aliquem, nisi dicat, à quo ipse audiuit. Inquisitio autem fiat

per Abbatem loci cum duobus, vel tribus senioribus de Conventu, vel sub testimonio patris Provincialis, aut eius Vicarij, & in scriptis depositiones testium redigantur, à quibus testibus, non solum de substantia veritatis, sed etiā de præsumptionibus, inquiratur. Ille verò, qui per inquisitionem reus inventus fuerit, ab Abate proprio, vel à patre Provinciali, si opus fuerit, puniatur secundum excessus qualitatem.

## DE APOSTATIS.

### Cap. VII.

**380** **Q**vicumque Canonicorum, vel Conversorum apostatauerit statim ab alijs fratribus est vitandus intus, & extrà, ut Excommunicatus ipso iure: si verò ad se conversus redierit, depositis vestibus in clauistro, nudis humeris cum virginis in Capitulum veniat, & prostratus culpam suam, præmissa Confessione generali, dicat, & humiliter veniam petens, poenæ grauioris culpæ subiacebit, & in carcere per sex menses manebit, ac per triennium omni Officio, & Dignitate carebit.

**381** Hoc proviso, quod si infrà quadraginta dies redierit, poenæ subiaceat culpæ grauioris ad arbitrium Abbatis, secundum quod deliquerit, plus, vel minus. Is omnibus Dominicis diebus, intra hoc tempus poenitentia, ante ostium, ubi processio transitura est, prostratus iacebit, si ha-

habitum mutauerit, aut in habitu scandalum fecerit: & ubique in conventu nouissimus erit, & ad omnes Horas diei, & noctis ad ostium chori, cum conventus pertransierit, se prosternat: Quod si secundò idem, instigante diabolo, recesserit, & iterum redierit, per triginta dies in huiusmodi pœnitentia maneatur. Quod si tertio, vel ultrius, diabolo perurgente, apostatauerit, per quadraginta dies pœnæ grauioris culpæ subiacebit.

De huiusmodi autem apostatis est statutū: quod quoties apostatauerint, & redierint Abbates eorum ipsos recipiant sub forma prædictarum pœnarum, probata tunc priùs per triduum eorum perseverantia, & humilitate. Quod si vestes non reportaverint, quas secum tulerunt, aut alias æquivalentes, recipientur nihilominus hac conditione, quod per annum carceri mancipentur: si vero alia usque ad valorem decem ducatorum de Monasterio secum tulerint, & ea non reportaverunt, per triennium in carcere recludantur: & si ultra id multum damnificaverint domos suas, carceri mancipentur, quoisque per patrem Provinciale, & Capitulum Provinciale ab ipso carcere obtinuerint liberari.

Et si in apostasia in sacris Ordinibus ministraverint, ab exercitio suorum Ordinū deinceps suspensi maneant, & non nisi per Capitulum Provinciale, & post triennū à die redditus sui, ac postquam videbitur eos satis emendatos esse, ac per obedientię, & humilitatis meritum hoc

eis deberi, ad suorum Ordinum exercitium restituiri possint: si vero in apostasia fecerint se ordinari, eorum dispensatio ad Generalem Præmonstratensem pertinet ex privilegio speciali. Quandiu vero tales in apostasia fuerint; si qui eos soverc, aut sustentare de bonis Monasteriorum suorum deprehensi fuerint, vel convicti; nisi forte contingeret, quod cum tales ad misericordiam revertuntur, aliquis eos pro bono moneret, & hospitio per unum diem tantum reciperet, poenæ grauioris culpæ viginti dierum subdantur.

**384** Prædicti vero apostatae, sive semel, sive amplius apostataverint, peracta poena prædicta, nunquam priorem locum obtinebunt, sed tantum subtrahatur eis de tempore, quo steterint in ordine, quantum in saeculo fuerint commorati: nec promoteantur in Abbates, vel Præpositos, nisi postmodum fuerint sufficienter, & dibilem emendati, & tunc de licentia patris Provincialis, & Capituli Provincialis specialis hoc adiecto, quod, si semel, & deinceps, prout plus, vel minus apostatando, vel scandalizando Ordinem, diliquerint, non habeant obedientiam nominatam, nec vocem in Capitulo, nec in visitatione, nisi in accusatione sui, donec de habendis obedientia, & voce in Capitulo, vel extra per Abbatem Provinciale, & Capitulum Provinciale cum eis fuerit misericorditer dispensatum: quæ dispensatio non fiat de facili, nisi cum causa cognitione, & ad intercessionem proprietum Abbatum,

vel bonorum virorum , qui fidele perhibeant testimoniū de eorum laudabili conversatione.

Præterea apostatax, qui postquam exierint, vltra quindecim dies habitum huius Religionis portauerint impudenter , non recipiantur cum redierint , nisi de licentia patris Provincialis, vel Capituli Provincialis; maximè si scandalizauerint Ordinem, vel damnificauerint domos suas. Prædictis quoque poenitentia ligentur Conversi, qui ad sæculum evolauerint, secundum dictam formam , prout apostatauerint, vel deliquerint plus, vel minus: hoc adiecto, quod postquam laici redierint, & recipi obtinuerint in grisea tunica , & brevi griseo scapulari; ita quod non possint accingi , culpam peragant graviorem , & tam griseam tunicam, quam scapulare griseum portent continuè per tres annos sine cappis, & tam Canonici, quam Conversi, qui secundò, vel amplius apostataverint, si in proprijs domibus sine damno , aut periculo , seu graui scandalo castigari non potuerint, ad remotas domos per Visitatores Ordinis, vel patrem Provincialem, vel Capitulum emittantur puniendi poenitentia superius annotatis. 386

Statutum est etiam: quod nullus Professor Ordinis Canonicis suis , qui pro suis demeritis amiserunt primum stallum, favorem indebitum impendendo permittat eos suprà se in priuis sedibus residere. Quod si quis contrarium fecerit; quandiu hunc favorem impenderit, voce caret, & obedientia nominata, & similiter ille, qui perdit

stallum suum, donec se humiliet super hoc, secundum  
Ordinis Statuta: & hoc Statutum extendi volumus, tam  
ad presentes apostatas, quam ad futuros, & ad illos, qui  
iam sunt reversi, si ad sacerdolum revolauerint.

## DE CRIMINIBVS, ET DELICTIS PROPTER quæ fratres emittendi sunt.

Cap. VIII.

**C**onspiratores, infamatores ad extraordinariam au-  
387 dientiam consugientes, & illi qui proclamationes  
parentibus suis fecerint, ac per quos, vel pro quibus graue-  
damnum Monasterio illatum, vel aliquis fratribus gravi-  
ter percussus fuerit, & illi qui adeò rebelles Ordini, vel  
Pralatis suis extiterint, ut ad eorum proterviam compen-  
cendam oporteat sacerdalem potestatem invocari, & illi  
de quibus patri Provinciali plenè costiterit, quod pœnitis  
contentis in Statutis Ordinis non possint in domibus suis  
coerceri; item qui de lapsu carnis palam confessi fuerint,  
vel convicti, vel de eodem vitio adeò infamati, quod  
oporteat eos emitti, ad remotas domos Ordinis pœnitentia-  
tiam pro grauitate criminis eis debitam peracturi trans-  
mittantur, & cum redierint, non habeant infra triennium  
obedientiam nominataam.

**Q**uicumque autem mulieres in dormitorij, Ecclesijs,  
Resectorij, infirmotorij, & claustris Monasteriorum  
Oræ

Ordinis ad complendam libidinem suam convictus fuerit habuisse, ad remotam domum, sine dilatione aliqua transmittatur, in eadem usque ad decennium moraturus, & poenitentiam quadraginta dierum grauioris culpæ completerus. Ille autem, qui alibi infra septa Monasterij cum mulieribus deliquerit convictus fuerit, ad remotam domum emittatur, infra triennium minimè reversurus, ubi similiter poenitentiam grauioris culpæ per quadraginta dies sustineat: Quod si delictum magis qualificatum fuerit, vel ratione scandali, vel alterius qualitatis, augeatur poena secundum mensuram delicti, etiam si conveniens fuerit, & expedierit, usque ad condemnationem ad carcerem perpetuum, id est, ut perpetuò laboret in Monasterio, seu aliam poenam convenientem iuxta dispositionem iuris communis.

389

Qui manus violentas in Abbates iniecerint, qui armata manu aliquem percusserint, vel sanguinem turpiter effuderint; qui latebrosa loca, vel tempora captauerint, ut verbera, vel contumeliam inferant fratribus suis; si super hoc palam confessi fuerint, vel convicti; Prior, & Subprior, quorum tempore contra Abbatem dissensio in domo orta fuerit, si participes criminis fuerint, aut dissensioni non restiterint; Provisores, qui bona, vel debita domus scienter, & malitiosè suppresserint, & alij de quibus manifestè constiterit, quod inter fratres, vel etiam inter caput, & membra dissensionem excitaverint, aut

dis-

discordiam seminauerint, è domibus proprijs, ad valde remotas transmittantur, ut scandala citius sopiantur, non reversuri sine licentia Capituli Provincialis.

<sup>390</sup> Quoties secundum statuta Ordinis alicuius Religiosi emissio facienda sit; fiat à patre Provinciali, vel à Visitatoribus, aut Capitulo Provinciali, vel privato, ita quod qui de crimine cognoverit, emissionem faciat; isque diligenter attendat ad quam domum expediat reum transmitti.

<sup>391</sup> Omnibus quoque Abbatibus sub poena suspensionis ab eorum Officio per sex menses, Prioribus verò per annum, ne transmissos ad se fratres huius Ordinis iuxta mandatum emittentis recipere recusent, nec receptos ante præfinitum emissionis tempus dimittant, districte prohibemus; sed ut ipsos pœnitentiam eis iniunctā adimplere cogant, præcipimus, & mandamus, non præcludentes propter hoc eisdem Abbatibus, & Prioribus viam recurrendi ad patrem Provincialem, vel Capitulum, si exinde forsā senserint se gravatos.

<sup>392</sup> Tales verò qui emittendi fuerint, mittantur cum litteris, in quibus excessus eorum, & vestium suarum numerus exprimatur, & terminus veniendi ad locum in eisdem litteris contineatur, ut pro fugitiuis, nisi infra terminum, & cum vestibus venerint, habeantur, & in eisdem litteris contineatur, quod Abbates ad quos mittantur, vel corum vices gerentes confessiones fratrum ad se mis-

forum

forū audiant, & eos in foro conscientiæ tantum absolvent, hoc proviso, quod ipsi mittantur vestiti sufficienter ad minus usque ad annum, & ex tunc Abbates, ad quorum domos sunt emissi, providebunt eisdem sicut vni ex suis.

Si quis autem emissus pro aliquo predicatorum excessum ad sæculum euolauerit, vel reuersus ad domum propriam fuerit, puniatur poena debita fugitivis, ac postmodum emitatur, sicut prius ad eamdem domum, ad quam proculpa, siue excessu priori erat emissus. Sed sciendum est, quod illi qui propter culpam ad alias domos sunt emissi extra portam monasterij non exhibunt, nisi exierint cum conuentu, Abbates vero, siue Prioress, qui aliter talibus licentiam concesserint exeundi, tanquam prævaricatores Ordinis puniantur.

## DE GRAVISSIMA CULPA.

### Cap. IX.

**G**rauissima culpa est incorrigibilitas eius, qui culpas, non timet admittere, & pœnitentiam recusat sustinere. Is carcerali custodiæ mancipandus est, ubi vescatur tantum pane & aqua, donec per Capitulum Prouinciale decernatur quid de eo amplius sit faciendum: sicque censemus intelligendum illud Regulæ: *quam si ferre recusaret, de vestra societate projiciatur.* Quod si aliquis tamquam

furibundus, vel freneticus se habuerit; ne nocere possit ali-  
cui, sub arcta custodia teneatur.

## DE INCARCERANDIS.

### Cap. X.

**395** **Q** Vicunque in habitu sacerdotali incesserit, & arma portauerit, aut in cella habuerit, per tres menses in carcere recludatur, & quarta ac sexta ferijs in pane & aqua ieiunet, ac qualibet die septem Psalmos Pœnitentiales cum litanij, & precibus genuflexus recitet. Qui autem de homicidio, vel incendio, furto, seu receptione furti scienter, & proprietate ad valorem viginti ducatorum, vel de falsitate literarum Ordinis conuicti fuerint, vel palam confessi; & illi, qui domos suas, vel Ordinis spoliauerint, vel per vim sacerdotalium fecerint spoliari, vel graue scandalum causauerint, ad arbitrium Prælati, in domibus proprijs in carceribus recludantur, & cum eis ante triennium non posset aliquatenus dispensari, nisi per patrem Provincialem, vel Capitulum Provinciale. ¶ Si quis verò antequam incareretur, vel postquam fuerit incareratus ad sacerdolum euolauerit, non recipiatur aliquatenus, nisi tali lege, quod carceri mancipetur: & in hac Provincia habentur duo carceres fortes, unus in Monasterio beatæ Mariæ de la Vid, & alter in Monasterio sanctæ Crucis, in quibus illi, qui incarerandi fuerint, expensis illarum domorum qua-

quarum fuerint Canonici, incarcerentur, & firmiter tenentur. Circa proprietarios vero mitius agi poterit, si eorum contritio, & humilitas id exposcat. ¶ Illi vero, <sup>397</sup> qui nefando crimine contra naturam grauiter infamati fuerint, statim carceri mancipentur, & deinde in Capitulo Provinciali deliberetur circa tempus carceris, & alias poenas illis pro qualitate infamiarum infligendas. At qui de ipso nefando crimine conuicti, vel confessi fuerint omnibus Ordinibus degradati, curia seculari puniendi tradantur, iuxta constitutionem fœl. rec. Pij Papæ V. prohibitionis blasphemiae, & sodomiae &c. Qui sacrilegium cum aliqua Moniali commiserit; carceri perpetuo mancipetur. Item si quis conuictus fuerit practicam, seu conuersationem habuisse cum aliqua muliere suspecta, & in loco suspecto, etiam si carnaliter cum ea se non commiscuerit, per tres menses stet in carcere, & quarta, sextaque serijs in pane, & aqua ieiunet, & quotidie Psalms Poenitentiales cum Litanijs, & precibus genuflexus recitet.

Qui autem in tantum malum deuenerit, ut incarcera- <sup>398</sup>  
tis quibuscumque ferramenta, funes, scalas, seu alia instrumenta, ad seras carcerum, aut vincula infringenda, dederit, vel miserit; quive auxilium quocumque per se, vel alium eis impenderit, ut euadant; si inde euaserint, loco eorum, usque ad aduentum Capituli generalis permanenti ponentur, & si antequam euaserint, percepti fuerint, seu deprehensi secisse præmissa, seu aliquid præmis-

forum, quadraginta diebus in eodem carcere, vel alio fortiori sine remissione qualibet recludentur.

<sup>399</sup> His autem incarceratis, nisi excommunicationis vinculo innodati fuerint, saltem semel in anno, & in mortis articulo, cura verè contriti, & confessi fuerint, ac deuotè postulauerint, sanctissimum Eucharistiae Sacramentum ministrari poterit. Cum verò aliquis talium communicatus est, debet solui à vinculis ob reuerentiam Sacramenti, ac sub arcta custodia ad lucem ante ostium carceris, vel extra carcerem educi ad alium locum decentem, post sacram communionem intrò continuo regressurus.

## DE VICTV INCARCERATORVM. Cap. XI.

<sup>400</sup> **C**arceri mancipatos, vel in posterum mancipandos, sub hac distinctione, volumus in victualibus prouideri; ut cum maiori culpo infligi debeat maior poena; quicumque Ordinis Canonici, vel Conuersi, qui perpetrarunt, vel decanterò perpetrabunt talia crimina, vel tales excessus, propter quos si essent laici, sive sacerdtales secundum forum sacerdotiale incurrerent poenam mortis; si Clerici, vel in sacris Ordinibus constituti, secundum forum Ecclesiasticum per Diocesanos, aut suos Officiales in carcerem perpetuo ponerentur; omnes, & singulos tales in carcerem intrudendos pane, & aqua solummodo reficiendos.

dos, decernimus, toto tempore vita sua. Illis vero, qui pro alijs culpis minoribus ad tempus sunt, vel erunt insuturum carceri mancipati, poterit, & debet, sicut conventui, pitantia duntaxat excepta, prouideri dum tamen de eorum correctione bona habeatur spes; quod, pensata quantitate delicti, Prælatorum, penes quos detenui fuerint, arbitrio, decernimus, relinquendum.

## DE CULPIS INCERTIS, ET DE pœnis earum.

Cap. XII.

**Q**VIA vero nonnullæ culpæ possunt emergere, quæ in his Statutis non sunt comprehensa, & incertæ sint pœnæ, quibustales culpæ puniri debeant, statuimus, ut quilibet Prælatus secundum exigentiam culparum de novo emergentium discretè puniat delinquentes; ita tamen, quod iudicium culparum, & inflictionem pœnarum, quæ in ipsis statutis exprimuntur, auctoritate propria nullatenus immutare presumat. Nam pœnas scriptas, quas delinquentibus, sive transgressoribus statuimus infligendas volumus obseruari, nisi per patrem Prouinciale in casibus sibi commissis, vel per Capitulum Prouinciale, vel priuatum, vel etiam per proprios Abbates in casibus à iure, & his constitutionibus permisis, iuxta id quod nunc est, vel processu temporis fuerit ordinatum, aliter dispen-

fectur, adhibito nihilominus moderacione, ut ipsi transgressores, pro et plus, vel minus, seu maiori, vel minori contemptu deliquerint, acrius, seu mitius puniantur. 402. 11

Vt autem in punitione culparum rectius procedatur, hanc regulam obseruari iubemus, ut quando aliquis deliquerit, pater Abbas diligenter, & mature animaduertat ad qualitatem delicti commissi: an delictum sit ex genere leuisculp<sup>r</sup>, an grauis, vel grauioris; si leuis, eum, ut in capitu de leuioribus, vel de medijs culpis dispositum est; si grauis, ut in capitu de graui culpa, puniat. Si autem gravior, vel gravissima culpa videbitur, tunc non de facili, nec ex se ipso procedat, sed de consilio Deputatorum Contentus determinetur, qua, & qualis sit culpa, ut secundum eius qualitatem puniatur. 10. 12

### DE EXCOMMUNICATIONE, ET ALIJS censuris, ac irregularitate. Cap. XIII.

403. **S**inguli Prelati in dominibus suis omnes Canonicos suos, Conuersosque & Donatos proprietatem habentes, necnon incendiarios, ac falsarios quoconque modo falsificauerint litteras Ordinis item conspiratores, ac arma portantes ad nocendum, & apostatas, quos excommunicationis sententiam incurtere decernimus, excommunicatos deinceps ter quolibet anno, videlicet, die Dominica ante

Na-

Natale Domini, vel in Vigilia Nativitatis; Item Domini-  
nica ante Pascha, & Dominica ante Pentecosten, vel  
ad minus semel in anno, videlicet Dominica ante Pascha.  
Conceditur autem Abbatibus Ordinis, ut subditos  
suis generaliter excommunicatos, in Provinciali, vel prin-  
vato Capitulo, parere volentes, absolvant, iniuncta eis  
poenitentia salitari. Illos etiam, qui propter aliquem ex-  
cessum ab ipso Capitulo nominatim excommunicati fue-  
runt, vel suspensi, si postea convertantur, absolvant in for-  
ma Ecclesie consueta, ita ut poena eis infligendam re-  
seruent patri Provinciali, vel proximo futuro Capitulo  
Provinciali, vel priuato. Sed & omnes dei Excommunicati  
Si quis vero, post latam excommunicationem, con-  
tinctus fuerit proprietatem habens, ab Abbatore propterea  
poterit ab excommunicatione absolviri; dummodo pro-  
prietatem, si quam habet, resignet Abbatui, & ipse ex parte  
proprietarium puniet: sed & si proprietatis vitio, vel alias  
excommunicationis causa, in seculo Diuinitus regularis  
effectus, ad patrem Provinciali mittatur ad pe-  
tendum dispensationem super irregularitate, & pa-  
re grauioris culpæ subdatur secundum quantitatem pro-  
prietatis; si tamen talis fuerit proprieatis, que carcerem  
non inducat. Sed & quod est deinde quod si non possit esse

Quod si quis mortuus in proprietate ipsius fuerit,  
extra atrium positus, & officio, & sepulture careat Christi-  
stiana; cum autem aliquis excommunicatus pro manifesta-  
tione

offensa, non aliter absolvatur, nisi præstito iuramento, quod ipse mandato Ordinis, & excommunicatoris parabit.

**407** Volumus autem, quod nullus Abbas de facili excommunicationis sententiam inferat in subditos, nisi habita prius deliberatione diligent, & quando euidens necessitas hoc exposcit, & tunc nomen excommunicati, causamque excommunicationis proferat in scriptura.

**408** Quod si contrarium fecerit, ingressus Ecclesiaz per mensem ei interdictus existat, & si interdicto huiusmodi durante, ingerat se Diuinis, irregularitatem incurret. Sed, & omnes, qui Excommunicationis, Suspensionis, vel Interdicti censuris ligati celebauerint, sciant, se irregulares effectos esse, nec Diuinis se ingerere debent, donec cum eis, super irregularitate per eos contracta, fuerit sufficienter dispensatum.

## DE POENA CONTRAVENTIUM;

vel resistentium reformationi.

Cap. XIII.

**409** **S**i quis adeo sua salutis immemor fuerit, ut executio-  
nem reformationis perturbare presumat, in poenam  
grauioris culpæ ipsofacto incidat, & pater Abbas illum  
haec poena, vel etiam maiori, aut minori puniat, prout  
qualitas delicti exigere videbitur. Si autem delictum sit  
tale,

tale , propter quod Abbatij videatur delinquētēm à monasterio ejiciendum esse , non propterea illum Abbas auctoritate propria ejciat , sed eo in carcerem coniecto , certiorem faciat patrem Prōvincialem , qui maturè , quod faciendum sit , decernat . Si autem in hoc deliquerit Abbas , tunc Prior , vel aliquis ex Conuentu , id patri Prouinciali indicet , qui cognita rei ueritate , ipsum Abbatem suspendat , & poena grauioris culpæ puniat . Si verò Prouincialis in eo deliquerit , patres Abbates de Capitulo priuato cum Visitatoribus simul conueniant , & de remedio ac poena tractent , prout in constitutione de Visitatione Prouincialis disponitur : sed si aliquod monasterium contra reformationem , vel contra patrem Provincialem , vel contra eos , qui reformationem executioni mandare curaverint , temere , aut petulanter per rebellionem se erexerit ; tunc tota Religio ex redditibus communibus eis ad defensionem succurrat : compresso autem tumulto , & pacata discordia , in illud monasterium , à quo seditio mota fuerit , omnes redundabunt expensæ , vltra poenas per Capitulum Provinciale , vel priuatum , ijs , qui culpabiles fuerint , pro qualitate criminis infligendas .

¶ Finis Constitutionum .

Nicolaus Episcopus Patauinus , Nuntius , & Commissarius Apostolicus .

Aloysius de sancto Petro Abbreviator .

Ef

INDEX



INDEX EORVM , QV AE IN HIS CONSTITVTIONI-  
bus continentur.  
ABBAS.

- Abbas quomodo debet eligi? num. 64. & 82.  
Abbates elegantur (si fieri potest ex proprijs domibus). 65.  
Abbates , qui sua officia non acceptauerint , quam poenam incu-  
rrant , necnon Monasteria que eos non receperint? ibidem.  
Abbas (quomodolibet prælatura vacante) intra quod tempus de-  
bet eligi? 83.  
Abbas , cui committitur examen alicuius delicti , quomodo il-  
lud debeat mittere. 99.  
Abbas in Conventu semper comedat , & non habeat ædes sepa-  
ratas. 128.  
Abbas saltem quater in anno visitet cellas Religiosorum , & quod  
invenerit Religioni aut paupertati contrarium auferat. 130.  
Abbas debet providere , vt subveniatur necessitatibus Canonici-  
corum. ibidem.  
Abbatia vacante , si ad complendum triennium non desint plus  
quam sex menses , non mittatur ad illam Abbas , sed Vica-  
rius. 82.  
Abbas debet assistere in suo Monasterio dum visitatur. 114.  
Abbas habet regimen domus , etiam præsente Provinciali , aut  
Visitatoribus. 89.  
Abbas , qui non curauerit , vt omnes redditus , & expensæ Mo-  
nasterij scribantur , quomodo sit puniendus? 136.  
Abbas nequit habere ( etiam nomine Conventus ) dispensatio-  
nes pecuniarum , aut administrationem aliorum bonorum  
Conventus , sed solum Provisor , aut Procurator. 131.  
Abbas qui convocauerit Capitula privata , quibus poenis subia-  
ceat. 171.  
De officio , & potestate Abbatis. 205. & sequentibus.  
Abbas , qui ius aliquod ad Abbatiam prætenderit , & audicatiam  
extraordinariam confugerit , quas poenas incurrat? 210.  
Abbas,

# I N D E X.

- Abbas , qui reliquerit Abbatiam , quem locum debet habere , &  
quomodo sit tractandus? 221.
- Abbas debet custodire noctū claves domus. 244.
- Abbas nequit dispensare in ieiunijs , & abstinentijs. 330.
- Abbas , si dispenset in vestibus Religiosorum , & in ornatu cella-  
rum quam poenam incurrat? 342.
- Abbas quantum temporis sine licentia Provincialis possit à Do-  
mo sua abesse? 349.
- Abbas hospes , in Monasterio vbi hospes est , primum locum te-  
neat. 356.
- Abbas quomodo , & quando possit dispensare in poenis possitis  
per constitutiones? 401.
- Abbas sine Consilio deputatorum Conventus nequit determina-  
re quænam sit gravior , seu gravissima culpa, 402.
- Abbas aliquos excommunicatos per Capitulum potest absolve-  
re , non tamen irregulares. 404. & 405.

## APPELLARE , ET APPELLANS.

- Appellans qui prætextu appellationis è Monasterio exierit , ha-  
beatur , vt fugitus. 122.
- Appellans debet teneri sub regulari disciplina donec ille , ad  
quem appellat , cognoscat de meritis appellationis , & vnicui-  
que reddat iustitiæ complementum. 122.
- Appellans sine legitima causa , quomodo puniendus. 123.
- Abbas Appellans frustratoriè contra Patrem Provincialem , quam  
poenam incurrat. 123.
- Appellatio ab Abbatore debet fieri ad Provincialem , seu ad Visi-  
tatores durante eorum potestate , & à Visitatoribus etiam ad  
Provincialem , & à Provinciali ad Capitulum priuatum , sive  
Provinciale. 124.
- Calumniose appellans ad sedem Apostolicam , quibus poenis de-  
bet puniri? 325.
- Forma , qua in appellationibus debet servari ; & quod appella-  
tio-

# INDEX.

- tiones per certum nuntium quantoctius missrantur, poenitentia in-  
fligendis ad arbitrium illius, ad quem appellatur. 126.  
Provincialis debet non esse praesens Capitulo Provinciali, seu  
privato dum videntur appellationes ab ipso factæ. 79.

## ANNIVERSARIA.

- Anniversaria generalia, & particularia quibus diebus debeant  
celebrari? 281.

## APOSTATAE, ET FUGITIVI.

- Apostatae quomodo, & quando debent recipi & sub quibus poe-  
nis? à num. 380. usque ad 387. & 396, & 382.  
Apostatae, qui secum aliquid tulerunt, dum redeunt quomodo  
debet restituere. 382.  
Quam poenam incurant, qui de bonis Monasterij sustentant  
Apostatas, aut eos fovent. 383.  
Quomodo Apostatae non sint recipiendi; nisi de licentia Patris  
Provincialis. 385.

## BREVIARIUM.

- Breviarium Romanum debet in omnibus observari. 279.

## CAPITVLVM PROVINCIALE, ET CAPITVLARES.

- Vbi, & quando debeat celebrari Capitulum Provinciale, & qui  
habeant in eo votum? 28. & 29.  
Qui non est Capitularis ad Capitulum non potest accedere, &  
sub quibus poenis. 29. & 38.  
Capitulares debent convenire in vigilia ipsius Capituli, & non  
ante sub poena privationis vocis activæ, & passivæ. 30.  
Quis debeat in Capitulo præsidere. ibidem.

# I N D E X.

- Capitularēs tenentur observare silentium, & quietem sub poena  
privationis voti in Capitulo. 35.
- Capitulares in Capitulo quomodo debeant sedere, & Procura-  
tor Abbatis quem locum habeat. 36. & 37.
- Durante Capitulo nullus Capitularis portam Monasterij potest  
exire. 42.
- Capitularis, qui , antequam Capitulum finiatur , discesserit,  
quam poenam incurrai? ibidem.
- Si Provincialis electus fuerit absens , quis debeat præfidere in  
Capitulo , donec ipse veniat , & casu quo non veniat, quomo-  
do Capitulare debeat perficere. 55. & 56.
- Rationes expensarum Capituli à quibus debeant recipi. 63.
- In Capitulo debent eligi tres Iudices coram quibus Provincialis  
debet reddere rationem totius suæ administrationis. 131.
- Euntes ad Capitulum Provinciale in Conventus non intrent. 187.

## CAPITVLVM PRIVATVM.

- Capitulum privatum qualiter , quando , & à quibus debet cele-  
brari , qua ratione possit deferri , ad quid sit, quamque auto-  
ritatem habeat? 75. usque ad 81.
- Ad hoc Capitulum nemo potest accedere absque licentia Patris  
Provincialis, & qualiter ipse eam debeat concedere. 77.
- Hoc Capitulum non potest derogare , aut dispensare in eis quæ  
ordinata sunt in Capitulo Provinciali , nec aliquam novam  
legem, seu constitutionem facete. 81.
- Abbas, qui hoc Capitulum convocaverit , quam poenam incu-  
rrat? 171.

## CELL AE CANONICORVM.

- Cellæ Canonicorum quem ornatum habere possint , & ipsi qui-  
bus possint vti? 339. usque 342.

# INDEX.

## CLAVIS.

- Claves domus Abbas, aut Prior debet custodire. 244.  
Qui repertus fuerit claves clausuræ adulterasse, seu adulterari  
curasse, quibus poenis subiaceat? 245.

## CHORVS, ET CAEREMONIAE.

- Qualiter se debeant habere Canonici in his, quæ ad Chorum  
spectant, quibus cæremonijs; & ad alia ad hæc pertinentia.  
anumer. 265. usque ad 280.  
Quibus horis ad Chorum, lectionem, & meditationem pulsan-  
dum? 295. usque ad 306.

## COLLECTAE, ET COLLECTORES.

- Repartitiones pecuniarum pro negotijs communibus, à quibus;  
& quomodo sunt facienda? 63. & 80.  
Rationes ex pensatum Capituli à quibus sint recipienda. 63.  
Collectores quam auctoritatem habeant. 71.  
Nolentes solvere collectas à Collectoribus impositas, quam poe-  
nam incurvant. ibidem.

## CONFESSARIJ, ET CONFITERI.

- Confessarij à confitentibus nihil accipiant, & sub quibus poe-  
nis. 131. & 261.  
Confessarij quales, & quando debeant eligi. 258.  
Qui ad audiendas confessiones non sit deputatus neminem ad  
confessionem admittat; nisi in articulo mortis. 263.  
Religiosus nulli extra ordinem potest sua peccata confiteri nisi  
dum iter agit. 259.  
Qui Sacerdotes non sunt quibus, & quo tempore teneantur con-  
fici, & communicare. 259. & 260.

COM.

# INDEX.

## COMMVNIO SACRAMENTALIS.

Incarceratis semel in anno , & in articulo mortis Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum ministrari potest. 399.

## COMESSATIONES.

Nulles potest exire ad quasyis commessiones, quæcumque illa sint. 328.

## CONVERSI, ET DONATI.

Quidnam teneantur recitare , & facere. 172.

Laico coronam non potest concedi. 174.

Conversi quam poenam incurvant si nolint habere rasuram , & quomodo illam habere debeant. 359.

## CORRECTIO FRATERNA.

Quomodo , & quibus circunstantijs procedendum sit in correctione fraternali. 116. usque ad 121.

## CRIMEN.

Crimen ab aliquo contra aliquem propositum ex auditu tantum, non debet admitti , nisi proponens dicat à quo audivit. 98.  
& 379.

In criminibus occultis quomodo est procedendum. 99.

In criminibus Abbatum quomodo est procedendum. 101.

Inquisitio de aliquo crimine quomodo debeat fieri. 101. & 379.

Quid de eo , qui crimen contra aliquem obijcit per modum accusationis , & non probat? 102. & 376.

Cognoscens de aliquo crimine , sive Provincialis , sive Visitator, est

# INDEX.

- est cui competit mutare delinquentem ex uno ad aliud Monasterium. 390.  
Qui propter aliquod crimen ad aliud Monasterium est missus, non potest exire portam ipsius. 393.  
Crimen sententiæ dignæ correptum non potest ulterius ad correptionem proponi. 96.  
Cui committitur examen alicuius delicti, quomodo id debet mittere. 99.  
Qui de aliquo crimine perpetrato, antequam testes super id iurant, veniam coram Abbatie, aut Visitatoribus petierit, mitius debet puniri. 102.  
De crimine perpetrato ante ynam visitationem non potest alius in alia accusari, nisi sub certa forma. 96.

## CONSTITUTIO.

- In constitutionibus quomodo, & à quibus est dispensandum. 202  
Constitutiones in quibus potest dispensari, non sunt, quæ auctoritate Apostolica sunt stabilita; sed Ordinis facta in Capitulis Provincialibus, constat ex num. 81.  
Constitutio aliqua, aut nova Lex nequit in Capitulo privato fieri. ibidem.

## DEPOSITVM, ET DEPOSITARI.

- Nullus absque licentia Abbatis potest recipere pecuniam, aut aliam rem, nec ipsam ultra spatium viginti quatuor horarum retinere apud se, vel aliam personam, sed Superiori debet exhibere, & ipse depositario committere. 129.

Abbas etiam quodcumque acceptum, intra viginti quatuor horarum spatium, depositario tradere deber. ibidem.

Ex Deposito nihil potest distribui sine licentia Abbatis. ibidem.

Nullus potest depositum cuiuscumque sit recipere sub gravi pena,

213.  
De-

# INDEX.

- Depositarij Conventus quomodo debeant eligi. 135.  
Depositarij in fine cuiuslibet anni, Abbatij, duobus, vel tribus  
de senioribus adiunctis, debent reddere rationem eorum, quae  
recipiunt, & expendunt. 136.  
Procurator in fine cuiuslibet mensis de acceptis pecunijs ratio-  
nem reddat Depositarijs. ibidem.  
Depositarij debent habere vnum inventarium bonorum Con-  
ventus. 238.

## DEFUNCTVS.

- Cum aliquis Religiosus infirmus appropinquat morti, quid se-  
faciendum. 242.  
Quae ad Defunctos pertinent, vide à num. 282, usque ad 284.  
Circa dispositionem librorum Religiosorum decedentium, 284.  
& 346.

## DIFFINITOR, ET DIFFINITORIUM.

- Diffinitores quomodo in Capitulo debeant eligi. 50. & 51.  
Diffinitor in Provincialem potest eligi, secus autem in Abbatem  
durante triennio. 52. & 202.  
Duo Diffinitores non possunt assumi ex una, eademque do-  
mo. 52.  
Si Provincialis electus absens sit, & ad Capitulum venire non  
possit quintus Diffinitor assumatur ad id perficiendum. 56.  
Diffinitorum non potest sine remissione Capituli Provincialis  
diffinire aliquid ex eis, quae ex Conventibus, & particuliari-  
bus ab eo petita fuerint. 62. & 201.  
Quid sit faciendum in calu æqualitatis votorum pro aliqua re  
diffinienda. 201.  
De officio, & potestate Diffinitorum, ibidem; aliqua honesta  
officia Diffinitoribus iniungi possunt. ibidem.

## INDEX.

## ELECTIO.

- Quid debeat fieri in electioni us Officialium, qui per vota secreta eliguntur, quando est paritas votorum. 215.  
 In electionibus Diffinitorum, & Secretarij, dum est paritas votorum quid debeat fieri. 51.  
 Quomodo sint facienda ceterae electiones? Vide capite de Capitulo Provinciali; ac de Capitulo Privato.

## EXCOMMUNICARE, ET EXCOMMUNICATVS.

- Tenantur Prælati ter quolibet anno aliquos excommunicatos denunciare. 403.  
 Qui contumaciter sustinuerint se excommunicari per tres dies, cui poenæ subiaceant. 375.  
 Excommunicatos nominatim ab ipso Capitulo, possunt Abbaties absolvere. 404. & 405.  
 Abbas de facilis non proferat excommunicationis sententiam. 407.  
 Quam poenam incurrat Abbas, qui de facilis infert in subditos excommunicationis sententiam. 408.

## FRENETICVS, ET FVRIBVNDVS.

- Quid de freneticis, & furibundis debeat fieri. 394.

## FACINOROSI.

- Nullos potest recipere ad habitandum in Monasterio homines facinorosos, exules, &c. 189.

## GRAVAMEN.

- De gravaminibus factis à Visitatoribus, & Provinciali cognoscere.

# I N D E X.

- cetur in Capitulo privato. 77.  
 Dum tractatur de gravaminibus factis à Provinciali , ipse debet  
 non esse præsens. 79.

## H O S P I T E S.

- Hospites quomodo se debent habere. 351.  
 Hospites Prælato domus , ad quam declinaverint , in omnibus,  
 debent obedire. 356.  
 Religiosi Ordinis accedentes ad aliquod Monasterium sine licen-  
 tia , non admittantur. 355.  
 Abbas , & Prior hospites , quænam loca debeant habere. 356.

## IEIVNIVM.

- Quibus diebus observari debeat ieunium ; & quibus abstinen-  
 tia. 329. & 331.  
 Quinam infirmi teneantur observare Ieunium. 344.  
 Poena ieunij in pane , & aqua , quo ad vnam , vel geminam re-  
 fectionem. 364.

## INFIRMVS.

- Infirmitas debet non curari in domibus sacerdotalibus. 343.  
 Aliqui infirmi tenentur observare ieunia. 345.  
 Infirmi ad quid teneantur, 344. & 345.

## INCARCERANDI.

- Expensas incarcerandorum debent solvere domus , quarum sunt  
 Canonici. 396.  
 Incarcerandi quomodo in vita sunt tractandi. 400.  
 Quinam sint iucarcerandi. 395. & 400.

# INDEX.

## LITTERAE.

- Nemo potest litteras publicas super negotio communem statum  
    Ordinis tangente impetrare. 197.  
Quid sit faciendum de eo , qui litteras missivas statum Ordinis  
    tangentem, aut scripserit, aut miserit. 367.  
Quid de eo , qui litteras alicui directas aperuerit. 367.  
Quid de eo, qui litteras Provinciali Missas, vel ab ipso alijs trans-  
    missas aperuerit. ibidem.  
Quid de eis , qui de falsitate litterarum Ordinis fuerint convi-  
    cti. 395. & 403.

## LUDVS.

- De prohibitione Ludi , & poenis transgressoribus infligendis. Vi-  
    de, num. 191. & 192.

## MONASTERIUM.

- In quolibet Monasterio debet esse unus liber , in quo scribantur  
    actus Capitulares. 132.  
In quolibet Monasterio debet esse yna arca communis, & unus li-  
    ber , in quo omnes redditus , & proventus scribantur. 134.  
Quot Canonici debeat esse in quolibet Monasterio. 139.  
Quomodo , & quando ynum Monasterium alterum debeat ad-  
    iuvare. 139. & 168.  
Nova Monasteria quomodo debeat construi. 163.  
Non potest Monasterium fideiubere , pro aliquo , qui non sit de  
    Ordine; potest tamen pro Ecclesia sui Ordinis cum assensu Ca-  
    pituli Provincialis. 213.

# I N D E X.

## N O V I T I I .

- Nec Pater Provincialis, nec Visitatores, dum visitant possunt recipere Novitios ad professionem , vel ad habitum. 89.  
 Novitij quomodo, & quales debeant recipi. 140. & sequentibus.  
 Qualis debeat esse Novitiorum Magister. 146.  
 Monasterium in quo sunt Novitij debet illorum necessitatibus subvenire. 148.  
 Novitij in Capitulo ad correctionem culparum non debent remanere. 149.  
 Novitius , qui professionem noluit emittere , si postmodum redierit , adquid teneatur. 150.  
 Conversi , & Donati quomodo debeant recipi , & professionem emittere. 151.  
 Novitij usque ad quod tempus debeant manere sub disciplina Magistri. 154.  
 Novitij , & Professi non retineantur in locis nativis. 155.  
 Fratres alterius Ordinis quomodo ad habitum possint recipi. 176.  
 Solus Abbas potest recipere Novitios ad habitum , & professionem. 184.

## O F F I C I A , E T O F F I C I A L I S .

- Officia , & dignitates , quæ antequam triennium compleatur; vacare conigerit quomodo debeant eligi. 66. & 82.  
 Nullus officialis , sive Ordinis , sive Conventus potest dimittere suum officium absque consensu Superioris. 211.  
 In Officialium Conventus electione , quid debeat fieri dum est paritas votorum. 215.  
 Quam potestatem Prior habeat. 219. & 220. & 130.  
 De quolibet officio in particulari. Vide , à num. 196. usque 253.

OR.

# INDEX.

## ORDINARI, ET ORDINES.

Quo tempore suæ ætatis Professus debeat ordinari.	154.
Quænam requirantur, ut Professus Sacros ordines suscipiat, & à quo possit mitti.	157.
Quam pœnam incurrat Abbas, qui aliquem irregularem fecerit ordinari.	159.
Prior, aut Præses non concedant Litteras dimissorias.	184.
Qui mittuntur ad suscipiendos ordines debent radi.	358.
Qui in Apostasia ordinantur manent suspensi,	383.
Quis illos à suspensione possit absolvere.	ibidem.

## POENA.

Contra Abbatem, qui non curat, ut scribantur expensæ redditus, & percepta Monasterij.	136.
Contra eos, qui habitum alterius Religionis assumunt, & postea redeunt.	177.
Contra eos, qui suos Abbates non recipiunt.	65.
Contra eos, qui revelant Secreta Ordinis.	185.
Contra eos, qui prætendent ius ad aliquid confugientes ad audienciam extraordinariam.	210.
Contra eos, qui adulterant claves domus.	245.
Contra eos, qui notoriè sunt criminosi; aut in graviori culpa, si celebrent.	255.
Contra confessarios, qui aliquid accipiunt à confitentibus.	261.
Contra eos, qui aliqui extra ordinem confitentur.	264.
Contra eos, quibus Abbas iniungit aliquam obedientiam, & protervè nolunt recipere, seu recepram dimittunt.	291.
Contra Prælatos, aut Præsides concedentes licentiam, ut frangantur ieiunia.	330.
Contrahabentes yasa aurea, aut argentea,	206.
	Con-

# I N D E X.

- Contra conquerentes absque iusta querelæ causa. 77.  
 Contra Priorem , qui eodem die , quo Abbas deceperit non mit-  
     tit ad intimandum Patri Provinciali. 83.  
 Contra eos , qui in habitu , & vestitu non observant constitutio-  
     nes Ordinis. 338.  
 Contra Prælatos , & Subditos , qui ad Curiam , sive Vallis.Ole-  
     tum accedunt sine licentia. 352.  
 Contra accedentes sine licentia ad Monasterium de Retuerta , ad  
     Capitulum Provinciale , seu privatum , & contra eos qui intra  
     sex menses ante Capitulum ingrediuntur in Monasteria. 353.  
     & 354.  
 Poena Ieiunij in pane , & aqua , quomodo sit intelligenda quoad  
     vnam , vel geminam refectionem. 364.  
 Contra exeentes è Monasterio prætextu appellationis. 122.  
 Contra subornatores , & favores procurantes. 31.  
 Contra eos , qui ad novas Missas celebrandas convocationes sa-  
     cularium faciunt. 365.  
 Contra eos , qui de victu , & vestitu murmuraverint. 366.  
 Contra eos , qui litteras aperiunt , & scribunt. 367.  
 Contra eos , qui carceratos sine Abbatis licentia visitant , defen-  
     dunt , aut fovent , aut cum illis loquuntur. 368.  
 Contra inobedientes Prælatis , & Officialibus , aut cum ipsis con-  
     tendentes. 369.  
 Contra eum , qui conscius de lapsu carnis alterius , non intimat  
     Abbati , aut Præsidi. 370.  
 Contra eos , qui uacante Abbatia aliquid innovaverint. 184.  
 Contra eos , qui de lapsu carnis sunt convicti , aut confessi. 387.  
     & 389.  
 Quæ poena sit carere obedientia nominata. 371.  
 Contra eos , qui dispensant in pœnis contentis in statutis Or-  
     dinis. 374.  
 Contra infamatores , periuros , contumaces , & contra eos , qui  
     malitiosa concordia contra aliquem se erigunt. 375. & 376.  
     Con-

# INDEX.

- Contra eos , qui contumaciter sustinent esse excommunicatos  
 per tres dies , & qui ad extraordinariam jurisdictionem con-  
 fugiunt. 375. & 387.  
 Contra accusantes Prælatum , aut aliquem Canonicum de ali-  
 quo crimen , & contra eos , qui prædictos infamauerint. 376.  
 & 102.  
 Contra eos , qui parētibus suis aliquas querimonias fecerint. 377.  
 & 387.  
 Contra eos , qui manus violentas in Prælatos , vel Religiosos in-  
 iecerint. 378.  
 Contra eos , qui aliquem percusserint. 377.  
 & 389.  
 Contra eos , qui nolunt recipere visitatorem. 112.  
 Contra eos , qui propria auctoritate aliquam Domum visitare  
 præfuerint. 112.  
 Contra Visitatores , qui silentium non servant in visitatione. 109.  
 Quibus sit infligenda poena carceris perpetuæ. 388.  
 Contra Apostatas , & qui eos foverint , a num.  
     vsque ad 386.  
 Contra Priorem , & Subpriorem , qui disensioni contra Abbatem  
     non restiterint. 389.  
 Contra eos , qui disensionem seminaverint. ibidem.  
 Contra Prælatos , qui non receperint Religiosos ad se transmis-  
     sos. 391.  
 Contra eos , qui publicè deliquerint. 371.  
 Contra eos , qui in clausuram mulieres induxerint. 190. & 388.  
 Contra Prælatos , & præsides , qui emissis ad sua Monasteria prop-  
     ter aliquod crimen licentiam concedunt execundi. 393.  
 Contra incorregibiles. 394.  
 Contra incedentes in habitu sacerdotali , & arma portantes , aut in  
     cella habentes. 395.  
 Contra furēm , homicidām , proprietarium , falsarium , & incen-  
     diarium. ibidem.

# I N D E X.

- Contra sodomitam , & eum , qui sacrilegium cum Moniali commisit. 397.  
 Contra eos , qui incarcera tis aliquod auxilium , vt evadant concedunt. 398.  
 Contra eos , qui reformationi resistunt. 409.

## P R A E D I C A R E.

- Nem o potest mitti ad prædicandum pro quæstu. 214.

## P R I O R .

- Prior Monasterij de Retuerta quando habeat votum in Capitulo. 49. & 50.  
 Prior de Retuerta defficientibus Provinciali , & eius Vicario tenetur vocare , ut eligant Vicarium. 66.  
 Prior quater in anno quomodo teneatur visitare cellas. 130.  
 Prior non potest recipere Novitios , neque litteras dimissorias concedere. 184.  
 Nec Prior , neque quilibet aker , existente in domo Abbate , audiat poenas iniungere , neque ab illis absolvere. 209.  
 De officio Prioris , à num. 216. vsque ad 219.  
 Prior dispensare nequit in his , quæ Abbas præcipit. 218.  
 In his , quæ Prior præcipit , Subprior dispensare non potest. 220.  
 Prior hospes , quem locum debeat habere. 356.  
 Prior ipso die , quo Abbas decesserit mittat ad intimandum Patri Provinciali. 83.

## P R O C V R A T O R .

- Procurator reprobatus ab ijs , qui inspiciunt mandata procuratoria. 44.  
 Vnus Procurator , cum uno Diffinitore debet examinare manda- 12

# INDEX.

- ta procuratoria , & excusationes absentiū , quæ ad Capitu-  
lum afferuntur. 37.
- Procurator Conventus non debet proponere in Capitulo nego-  
tium particulare , vt Procurator Conventus , sed vt illius Par-  
ticula ris , qui sibi commissit. 38.
- Procurator quomodo debeat eligi , qualis debeat esse , & quid  
teneatur facere. 250. usque ad 253.

## PROPRIETAS , ET PROPRIETARI.

- Proprietas quomodo sit tollenda. 127.
- Nullus potest aliquid retinere vltra viginti quatuor horarum  
spatium. 129.
- Nemo possidere potest aliquem Prioratum , Beneficium , mem-  
brum , prædium , Capellaniam , aut quid simile. 131.
- Nec Abbas , nec Canonicus mulam , aut equum habeat. 175.
- Proprietarij quomodo sint puniendi. 395 , & 403.

## PROVINCIALIS.

- Provincialis quomodo debet eligi. 54. & 50.
- Contra Provincialem quomodo debeat procedi , si aliquid con-  
tra eum resultet. 78. & 114.
- Provincialis in Monasterijs , quæ visitat , nec ad habitum , nec ad  
professionem potest Novitios admittere. 89.
- Provincialis coram quibus in Capitulo Provinciali teneatur red-  
dere rationem totius suæ publicæ , ac privatæ administra-  
tionis. 59. & 131.
- Provincialis nihil potest exigere , pro aliqua licentia , seu dispen-  
satione , vel pro alijs quibuscumque litteris sub pena suspen-  
sionis ab Officio. 133.
- De officio , & potestate Provincialis. à n. 196. usque ad 200.
- Provincialis nulli debet concedere exemptionem , aut iudicium ,  
&

## I N D E X.

- & ipse tenetur observare statuta Ordinis. 199.  
Provincialis , in quibuscumque constitutionibus dispensare ne-  
quit. 200.  
Provincialis teneretur reddere rationem Visitatoribus de Retuer-  
ta. 114. & 349.  
Quando in rebus Diffiniendis , si fuerit paritas votorum , stan-  
dum sit pro parte , cui Provincialis adhaerit. 201.  
Provincialis potest dispensare in poenis inflictis per constitutio-  
nes. 384.  
Provincialis in prima instantia non debet contra aliquem proce-  
dere , sed proprius Abbas. 384.

## PROVISOR.

- Provvisor Abbatii , & Depositarijs debet reddere rationem de  
acceptis , & expositis. 131. & 235.  
Electio Provvisoris pertinet ad Conventum cum Abbatie. 233.  
Plura , quæ ad officium Provvisoris pertinent , vide à num. 233.  
usque ad 236. & à 134. usque ad 136.

## RESIDENTIA.

- Residentia Provincialis , Diffinitorum , Visitatorum , & Secreta-  
rij ad solum Diffinitorum pertinet. 59. & 204.

## REFECTORIVM , ET REFFECTIO.

- Quæ pertinent ad Refectorium , & Refectionem . Vidc. 318.  
& 331.

## SECRETARIVS.

- Secretarius quomodo debeat eligi. 49. & 51.  
Nihil

# INDEX.

Nihil potest exigere pro quacumque licentia, seu alijs litteris. 133.

## SOCIVS PROVINCIALIS.

A quibus debeat eligi, quis debeat, & possit esse, & quam auctoritatem habeat. 67.

Socius debet assistere Visitationibus faciendis per Patrem Provincialem. ibidem.

## STATVTA.

Statuta facta in Capitulo quam vim habeant, & quomodo debeat observari, & impugnari. 69. & 70.

Semel approbata in Capitulo Provinciali inviolabiliter decetero obseruentur. ibidem.

Statuta non possunt fieri in Capitulo privato. 81.

## TEMPS.

Tempus quomodo sit dispensandum, quidque in qualibet hora debeat fieri. Vide à num. 295. usque ad 306.

## VENDITIO, ET LOCATIO.

Venditiones, & Locationes quomodo, & quando debeat fieri. Vide à num. 179. usque ad 183.

## VICARIVS PROVINCIALIS.

Vicarius debet eligi, qui sit Abbas. 66.

Quando, & quomodo habeat vices Provincialis. ibidem, & 379.

Absente, defuncto, aut impedito Provinciali, debet Vicarius

# INDEX.

praesidere in Capitulo Provinciali. 66.

## VINDEMIARE , ET METERE.

Priores , & Subprios ad vindemiandum , & metendum , aut ad  
alia exteriora non mittantur. 219.

## VISITATORES.

Visitatores de Retuerta , & Ordinis quomodo debeant eligi. 67.

Visitatores in visitatione quomodo se debeant habere , quamque  
authoritatem habeant. 87.

Visitatores possunt suspendere Abbatem , sed priuare non pos-  
sunt. ibidem.

Visitatores in domibus , quas visitant , et si præfint , regimen non  
habent. 89.

Visitatores debent præsentare litteras Capituli , quæ vulgo , di-  
cuntur Patente. 91.

Visitatores non possunt recipere accusationes Fratris privati. 97.

Quomodo debeant recipere testimonia laicorum. ibidem.

Visitatores possunt Canonicos mittere ex uno ad aliud Monaste-  
rium propter aliquod crimen. 378. & 390.

Visitatores , supplicium aliquorum criminum debent remittere  
ad Provincialem , & Capitulum. 98.

Fratres emissos authoritate Provincialis , aut Capituli remittere  
non possunt. 108.

Nihil audeant attentare , quod eis per patentes litteras Provin-  
cialis , aut Capituli non fuerit expresse commissum. ibidem.

Visitatores tenentur servare silentium circa ea , quæ in visitatio-  
nibus acciderunt. 109.

Visitatores Monasterij de Retuerta , quomodo illud debeant vi-  
sitare. 113.

Quomodo debeant procedere contra Provincialem , 114.

Or.

# INDEX.

- Ordinationes ab ipsis factæ in dicto Monasterio etiam à Provinciali debent observari. 199.  
Coram ipsis Provincialis debet reddere rationem, si absque ur-  
gente necessitate è sua domo exierit. 349.  
Visitatores debent inquirere quomodo redditus Monasterij ex-  
penduntur, & sumptus librum videre. 95. & 131.  
Visitatores nihil pro quocumque negotio possunt recipere. 133.

Cetera in suis proprijs Capitulis videantur.

# FINIS.




1864-1872

Quotations from the works of George Eliot and others  
are used with the permission of the copyright holders.  
Copyright © 1972 by the Board of Governors of the New York Public Library.  
All rights reserved. No part of this book may be reproduced in whole or in part without permission of the publisher.  
A new edition of George Eliot's *Mill on the Floss* was published in 1971.

George Eliot's *Mill on the Floss* (1862)

# FINIS.



INCIPIT REGVLA BEATISSIMI PATRIS  
nostrī Augustini, Hippōnēsis Episcopi, & Eccle-  
sia Doctoris eximij.

CAPVT PRIMVM.

 NTE omnia, fratres charissimi , diligatur Deus , deinde proximus ; quia ista præcep- ta sunt principaliter nobis data . Hæc igi- tur sunt , quæ ut observetis præcipimus in Monasterio constituti . Primum propter quod in vnum estis congregati , ut vnanimes habetis in domo , & sit vobis anima vna , & cor vnum in Deo : Et non dica- tis aliquid proprium , sed sint vobis omnia communia : Et distribuatur vnicuique vestrum à Præposito vestro victus , & tegumentum , non æqualiter omnibus , quia non æqua- liter valetis omnes , sed potius vnicuique , sicut cuique opus fuerit . Sic enim legitis in Actibus Apostolorum : quia erant illis omnia communia , & distribuebatur vni- cuique , sicut cuique opus erat . Qui aliquid habebant in sœculo , quando ingressi sunt Monasterium , libenter ve- lint illud esse commune . Qui autem non habebant , non ea querant in Monasterio , quæ nec foris habere potue- runt : sed tamen eorum infirmitati , quod opus est tribua- runt : etiam si paupertas eorum quando foris erant , nec ip- sa necessaria poterat invenire . Tamen non ideo putent

se esse felices , quia invenerunt victum , & tegumentum ;  
quale foris invenire non poterant . Nec erigant ceruicem ,  
quia sociantur eis , ad quos foris accedere non audebant :  
sed sursum cor habeant , & terrena vana non querant ;  
ne incipient Monasteria diuitibus esse vtilia , non paupe-  
ribus , si divites illic humiliantur , & pauperes illic inflan-  
tur . Rursus etiam illi , qui aliquid videbantur esse in sacer-  
to , non habeant fastidio fratres suos , qui ad illam sanctam  
societatem ex paupertate venerunt . Magis autem stu-  
deant non de parentum diuitium dignitate , sed de paupe-  
rum fratrum societate gloriari . Nec extollantur si com-  
muni vita aliquid de suis facultatibus contulerint ; nec de  
suis diuitijs magis superbiant , quia eas ipsi Monasterio  
partiuntur , quam si eis in saeculo fruerentur . Alia quippe  
quocumque iniqüitas in malis operibus exercetur , ut fiant :  
superbia vero etiam bonis operibus insidiatur , ut pereant .  
Et quid prodest dispergendo dare pauperibus , & paupe-  
rem fieri , cum anima misera superior efficitur diuitias  
contemnendo , quam fuerat possidendo ? Omnes ergo  
vñanimiter , & concorditer viuite , & honorate in vobis  
Deum in uicem , cuius templi facti estis .

CAPVT SECUNDVM.

**O**Rationibus instate , horis , & temporibus constitu-  
tis . In Oratorio nemo aliquid agat , nisi ad quod

factum est, vnde & nomen accepit: vt si sorte aliqui, etiam  
preter horas constitutas ( si eis vacat ) orare voluerint, non  
eis sint impedimento, qui ibi aliquid agendum putauerint.  
Psalmis, & Hymnis cum oratis Deum, hoc versetur in  
corde, quod profertur in ore. Et nolite cantare, nisi quod  
legitis esse cantandum. Quod autem non ita scriptum est  
vt cantetur, non cantetur. Carnem vestram domate ie-  
junijs, & abstinentia esce, & potus, quantum valetudo  
permittat. Quando autem aliquis non potest iejunare,  
non tamen extra horam prandij aliquid alimentorum su-  
mat, nisi cum ægrotat. Cum acceditis ad mensam, do-  
nec inde surgatis, quod vobis secundum consuetudinem  
legitur, sine tumultu, & contentionibus audite: nec so-  
lx vobis fauces sumant cibum, sed & aures esuriant ver-  
bum Dei. Qui infirmi sunt ex pristina consuetudine, si  
aliter tractantur in victu, non debet alijs molestum esse;  
nec iniustum videri eis, quos fecit aliqua consuetudo  
fortiores. Nec illos feliciores putent, quia sumunt, quod  
non sumunt ipsi: sed sibi potius gratulentur, quia valent,  
quod non valent illi. Et si eis, qui venerunt ex moribus  
delicioribus ad Monasterium, aliquid alimentorum, ve-  
stimentorum, operimentorumve datur, quod alijs fortio-  
ribus, & ideo felicioribus non datur: cogitare debent, qui-  
bus non datur, quantum de sua sæculari vita illi ad istam  
descenderint, quamvis usque ad aliorum, qui sunt corpo-  
re firmiores frugalitatem permenire non posserint. Nec

debent velle omnes, quod paucos vident amplius, non  
quia honorantur, sed quia tolerantur accipere: ne contin-  
gat detestanda perversitas, ut in Monasterio, ubi quan-  
tum possunt, fiunt diuites laboriosi, fiant pauperes delicati.  
Sanè, quemadmodum agrontantes necesse habent mi-  
nus accipere, ne grauentur: ita & post agritudinem, sic  
tractandi sunt, ut citius recreentur, etiam si de humillima  
facili paupertate venerint, tanquam hoc illis contulerit  
recentior agritudo, quod diuitibus anterior consuetudo.  
Sed cum vires pristinas reparauerint, redeant ad felicio-  
rem consuetudinem suam: quæ famulos Deitanto amplius  
decet, quantum minus indigent. Ne cibi eos voluptas iam  
teneat vegetatos, quos necessitas leuarat infirmos. Illos  
avertiment ditiores, qui in sustinenda parcitate fuerint for-  
tiores. Melius est enim minus egere, quam plus habere.

### CAPVT TERTIVM.

**N**on sit notabilis habitus vester: nec affectetis vesti-  
bus placere, sed moribus. Quandò proceditis, si-  
mul ambulate. Cum veneritis quò itis, simul state. In  
incessu, statu, habitu, & in omnibus motibus vestris, nihil  
fiat, quod cuiusquam offendat aspectum, sed quod vestram  
deceat sanctitatem. Oculi vestri, & si iacentur in ali-  
quam foeminarum, in nullam figantur. Neque enim quan-  
do proceditis, foeminas videre prohibemini: sed appete-

re, vel ab ipsis appetu velle, criminosum est. Nec solo rā-  
etu, & affectu, sed aspectu quoque appetitur, & appetit  
concupiscentia fœminarum. Nec dicatis vos habere ani-  
mos pudicos, si habeatis oculos impudicos: quia impudi-  
cus oculus, impudici cordis est nuntius. Et cum se invi-  
cem sibimet, etiam tacente lingua, conspectu mutuo, cor-  
da nunciant impudica, & secundūm concupiscentiam  
carnis alterutro delectantur ardore, etiam intactis ab im-  
mundis violatione corporibus, fugit castitas ipsa de mori-  
bus. Nec putare debet, qui in fœminam figit oculum, &  
illius in se ipsum diligit fixum, ab alijs se non videri, cùm  
hoc facit: videtur omnino, & à quibus se videri non arbi-  
tratur. Sed & si lateat, & à nemine hominum videatur;  
quid faciet de illo desuper inspectore, quem latere nihil  
potest? An ideo putandus est non videre, quia tantò vi-  
det patientius, quanto sapientius? Illi ergo vir sanctus ti-  
meat displicere: ne velit fœminæ male placere. Illum cogi-  
tet omnia videre, ne velit fœminam male videre. Illius  
namque in hac causa commendatus est timor: ubi scrip-  
tum est: Abominatio est Domino desigens oculum. Quan-  
do ergo simul estis in Ecclesia, & ubique fœminæ sunt,  
inuicem vestram pudicitiam custodite. Deus enim qui ha-  
bitat in vobis, etiam isto modo custodiet vos ex vobis. Et  
si hanc, de qualoquor vobis, oculi petulantiam in aliquo  
vestrum adverteritis, statim admonete, ne cœpta progre-  
diantur, sed de proximo corriganter. Si autem, & post

admonitionem iterum , vel alio quocunque die id ipsum  
facere cum videritis , iam velut vulneratum sanandum  
prodat , quicumque hoc potuerit invenire . Prius tamen  
est alteri , vel tertio demonstrandum , ut duorum , vel  
trium possit ore conuinci , & competenti severitate coer-  
ceri . Nec vos iudicetis esse maleuolos , quando hoc indi-  
catis . Magis quippe nocentes estis , si fratres vestros , quos  
indicando corrigere potestis , tacendo perire permittitis .  
Si enim frater tuus vulnus haberet in corpore , quod vel-  
let occultari , dum timet secari , nonne crudeliter à  
te siseretur , & misericorditer indicaretur ? Quantò ergo  
eum potius debes manifestare , ne deterius putrescat in  
corde ? Sed antequam alijs demonstretur , per quos con-  
vincendus est , si negauerit , prius Præposito debet ostendi ,  
si admonitus neglexerit corrigi : ne forte secretius corre-  
ctus possit non innotescere ceteris . Si autem negauerit ,  
tunc neganti adhibendi sunt alijs , ut iam coram omnibus  
possit non ab uno teste argui , sed à duobus , vel tribus con-  
vinci . Convictus vero , secundum Præpositi , vel etiam  
Præsbyteri , ad cuius dispensationem pertinet arbitrium ,  
debet emendatoriam subire vindictam . Quam siserre re-  
cusauerit , etiam si ipse non abscesserit , de vestra societate  
projiciatur . Non enim & hoc sit crudeliter , sed miseri-  
corditer , ne contagione pestifera plurimos perdat . Et  
hoc , quod dixi de oculo nensi figendo , etiam in ceteris in-  
veniendis , prohibendis , indicandis , conyincendis , iudi-

candisque peccatis , diligenter , & fideliter obseruetur ,  
cum dilectione hominum , & odio vitiorum . Quicumque  
autem in tantum progressus fuerit malum , ut occul-  
te ab aliquo litteras , vel quodlibet munus acceperit ; si hoc  
ultero confitetur , parcatur illi , & oretur pro eo . Si autem  
deprehenditur , & conuincitur ; secundum arbitrium  
Presbyteri , vel Praepositi , gravius emendetur .

### CAPVT QVARTVM.

**V**estes vestras in unum habeatis , sub uno custode , vel  
duobus , vel quo sufficere possint ad eas excutien-  
das , ne à tinea lœdantur . Et sicut pascimini ex uno Cella-  
rio , sic induamini ex uno Vestiario . Si fieri potest ad vos  
non pertineat , quod vobis indumentum pro temporum  
congruentia proferatur , utrum hoc recipiat unusquisque ,  
quod deposuerat , an aliud quod alter habuerat : dum ta-  
men vnicuique , pro ut cuique opus est non regetur . Si  
autem hinc inter vos contentiones , & murmura oriuntur ;  
cum conqueritur aliquis se deterius accepisse , quam prius  
habuerat , & indignum se esse , quod non ita vestiatur , si-  
cuit alius frater vestiebatur ; hinc vos probate quantum vobis  
desit in illo interiori sancto habitu cordis , qui pro habitu  
corporis litigatis . Tamen , si vestra toleratur infirmitas ,  
ut hoc recipiatis , quod posueratis ; in uno ramen loco sub  
communibus custodibus habete , quod ponitis . Ita sane ,

vt nullus sibi aliquid operetur, sed omnia opera vestra in dubio  
vnum fiant maiori studio, & frequentiori alacritate, quam lori-  
si vobis singuli proprias faceretis. Charitas enim, de qua con-  
scriptum est quod non querit, quae sua sunt, sic intelligi-  
tur: quia communia proprijs, non propria communibus aliqui  
anteponit. Et ideo, quanto amplius rem communem, rit,  
quam propriam curaueritis, tanto vos amplius proficere nem-  
noveritis: ut in omnibus quibus vtitur, transitoria neces- febi-  
sitas, superemineat, quae permanet charitas. Consequens Cel-  
ergo est, vt etiam, cum quis suis filijs, aut aliqua necessitudi- rem  
ne ad se pertinentibus, in Monasterio constitutis, aliquam pon-  
contulerit vestem, siue quodlibet aliud inter necessaria certi-  
deputandum, non occulte accipiat, sed sit in potestate tieri  
Præpositi; ut in rem communem redactum, cui necesse dicitur  
fuerit, præbeatur. Quod si aliquis rem sibi collatam ex quo  
lauerit, serti iudicio condemnetur. Indumenta vestra se-  
cundum arbitrium Præpositi lauentur, siue à vobis, siue à suorum  
filiis: ne interiores animæ sordes contrahat mundus.  
vestis nimius appetitus. Lanacrum etiam corporis, cum  
infirmitatis necessitas cogit, minime denegetur. Ei atra-  
mens sine murmure de consilio medicinæ, ita ut etiam facia,  
ad hanc iubente Præposito, faciat, quod faciendum est pro  
salute. Si autem velit, & sorte non expedit, surè cupidi-  
tati non obediatur. Aliquando enim etiam si noceat, sic  
prodelle creditur, quod delectat. Denique si latentes dolor  
in corpore, famulo Dei dicenti quid sibi doleat, sine autem

in dubitatione credatur. Sed tamen utrum sanando illi do-  
im lori, quod delectat, expedit; si non est certum, medicus  
ua consulatur. + Nec eant ad balnea, sive quocumque ire ne-  
gi- cesse fuerit, minus quam duo vel tres. Et ille, qui habet  
us aliquo eundi necessitatem; cum quibus Præpositus iusse-  
m, rit, ire debet. + Ægrotantium cura, sive post agritudi-  
ere nem reficiendorum, sive aliqua imbecillitate, etiam sine  
el- febris laborantium, vni alicui debet iniungi, ut ipse de-  
ens Cellario petat, quod cuique opus esse perspexerit. Sive au-  
di- rem qui Cellario, sive qui vestibus, sive qui codicibus præ-  
am ponuntur, sine murmure serviant fratribus suis. + Codices  
aria certa hora singulis diebus petantur. Extra horam, qui pe-  
tientierit, non accipiet. Vestimenta vero, & calceamenta quan-  
esse dò fuerint indigentibus necessaria, dare non differant, sub-  
ca- quorum custodia sunt, quæ poscuntur.

CAPVT QVINTVM.

**I**tes, aut nullas habeatis, aut quam celestem si-  
ne ira crescat in odium, & irabem faciat de-  
sa- ca, & animam faciat homicidam. Sic enim legitis  
pro vidit fratrem suum homicida est. + Quicumque  
di- muni, vel maledicto, vel letiani criminis obiectu a-  
eat, aterit, meninerit satisfactione, quam citius curate  
do- recit; & ille qui Iesus est, sine discepulatione dimitti-  
tis autem invicem se laserint, inuicem sibi debitare lax-

bebunt, propter orationes vestras, quas utique, quanto  
crebriores habetis, tantos sanctiores habere debetis. + Me-  
lior est autem qui quamvis ira sapè tentatur, tamen impe-  
trare festinat, ut sibi dimittat, cui se fecisse agnoscit iniu-  
riam, quam qui tardius irascitur, & ad veniam petendam  
tardius inclinatur. + Qui autem nunquam vult petere ve-  
niā, aut non ex animo petit, sine causa est in Monaste-  
rio; etiam si inde non projiciatur. Proinde vobis à verbis  
durioribus parcite. Quæ si emissa fuerint ex ore vestro,  
non pigeat ex ipso ore proferre medicamenta, vnde facta  
sunt vulnera. + Quando autem necessitas disciplinæ in mo-  
ribus coercendis dicere vos dura verba compellit, etiam si  
ipsi modum vos excessisse sentitis, non à vobis exigitur, ut  
à vobis subditis veniam postuleatis: ne apud eos, quos opor-  
tet esse subiectos, dum nimium seruatur humilitas, re-  
endi frangatur auctoritas. + Sed tamen petenda est venia  
ab omniut. Domino; qui novit etiam eos, quos plus iu-  
sto forte corripitis, quanta benevolentia diligatis. + Non  
sem carnalis, sed spiritualis deber esse inter vos dilectio.

### CAPVT SEXTVM.

**P**reposito tamquam patri obediatur: multò magis  
Præbytero, qui omnium vestrum curam gerit. +

**CAPVT. SEPTIMVM.**

**V**T ergo cuncta ista seruentur; & si quid seruatum  
minus fuerit, non negligentiter prætereatur; sed ut  
emendandum, corrigendumque curetur; ad Præpositum  
principiè pertinebit, vt ad Præsbyterum (cuius est apud  
vos maior authoritas) referat, quod modum, vel vires eius  
excedit. Ipse verò qui vobis præest, non se existimet po-  
testate dominante, sed charitate seruiente felicem. Ho-  
nore coram vobis Prælatus sit vobis, timore coram Deo  
substractus sit pedibus vestris. Circa omnes Te ipsum bo-  
norum operum præbeat exemplum, corripiat inquietos,  
consoletur pusilanimos, suscipiat infirmos. Patiens sit ad  
omnes. Disciplinam libens habeat: metuendus imponat.  
Et quantvis vtrumque sit necessarium; pluſtamen à vobis  
amari appetat, quam timeri; semper cogitans  
vobis redditum esse rationem. Vnde vos i-  
diendo, non solum vestri, sed etiam ipsius i-  
quia inter vos quanto in loco superiorè, tanto i-  
maiori versatur. Donet Dominus, vt obserue-  
nja, tamquam spiritualis pulchritudinis amato-  
no Christi odore de bona conuersatione frag-  
sicut serui sublege, sed sicut liberi sub gratia.  
Vt autem vos in hoc libello, tamquam in spec-  
inspicere; ne per obliuionem aliquid negligat-  
reptimana vobis legatus. Et ubi vos inuenies


*Laurea vbi quecumque vestigia videtur ab aliis*

scripta sunt facientes, agite gratias Domino bonorum omnium largitori. Vbi autem sibi quicumque vestrum viserit aliquid deesse, doleat de præterito, caueat de futuro; orans ut sibi debitum dimittatur, & in temptationem non inducatur.

## FINIS REGVLAE.







**2.985**